

nolisset acquiescere Mosi dicenti : *Veni nobiscum, ut beneficiamus tibi*; instat Moses ut maneat, quasi eo indigeat, dicens : *Noli nos deserere.*

HAEC DUCTOR NOSTER. Hebr. *eris nobis in oculos*, id est, *eris nobis dux*, ut ostendas ubi sint fontes, ubi pasca pro pecoribus nostris, ubi ligna, etc. Tacet Holiab : Unde verisimile est, eum acquiescisse, et mansisse cum Mose, ut dixi v. 29.

VERS. 55. — PROPECTI SUNT ERGO DE MONTE DOMINI (de Sinâ) VIAM TRIUM DIERUM ARCAQUE FODERIS DOMINI PRÆCEDERET EOS, q. d. : Profecti sunt per tres dies, nec ante castra fixerunt : in quibus diebus arca in quâ erant tabulæ foderis, puta tabulæ decalogi, antecedeat eos, arcaque incumbat columna nubis, quæ erat dux itineris, idque ad religionem arca et ad observandum decalogi, arca contenti, populo commendantur. An autem semper deinceps arca castra processerit, non omnino liquet. Abulensis ex Josepho affirmat : si enim hic processit, cur non et aliâs deinceps ? Portabatur autem arca à quatuor Levitis Caathitis, ut patet cap. 5 et 4; et 1 Paralip. 15, 45. Licet enim subinde, in gravi causâ, arca portata sit à sacerdotibus, ut in transitu Jordanis, et in demolitione murorum Jericho, Josue 6, 6, tamen ordinariè portabatur à Levitis : neque enim eam continuò et semper portare potuissent sacerdotes, utpote qui tunc tantum essent duo, scilicet Eleazar et Ithamar, cum patre suo Aaron pontifice, qui arca et omnibus Levitis, vasisque sacris superintendere debebat.

PROVIDENS CASTRORUM LOCUM. Hebr. *ad explorandum*, vel *investigandum illis requiem*, id est, locum in quo commodè quiescerent et figerent castra, ubi scilicet erant gramina et pabula pro ovibus, bobus et iumentis, ubi erant fontes et aquæ, aer salubris, etc. Facebat hoc columna nubis, utpote dux itineris, et consequenter arca, cui nubes incumbebat. Secundo, arca providebat castrorum locum, quia prævidendo tollebat serpentes, feras, et cetera viarum incommoda, ait Abulensis. Verùm prior sensus genuinus est, cumque exposcit vox hebr. *tu quæ propriè explorare significat*, non tollere.

VERS. 55. — CUMQUE ELEVARETUR ARCA, ad portandam eam in motu castrorum. Rabini hoc v. 55 et cap. sequent. v. 1, scripserunt duas litteras *nu* in versâ in textu Hebræo, scilicet unam in verbo *binsona*, id est, cum proficiscentur, alteram in verbo *hemitonienin*, id est, cum murrurarent. Priori *nu* inverso significant benevolam Dei conversionem ad populum, ob preces Mosi, posteriori impietatem et ingratitudeinem populi, volentis reverti in Ægyptum. Hoc rabbinicum et cabalisticum est.

DICEBAT MOYSES : SURGE, DOMINE, ET DISSIPENTER CAPUT XI.

1. Interea ortum est murmur populi, quasi audientium pro labore, contra Dominum. Quod cum didisset Dominus, iratus est. Et accensus in eos ignis Dominus devoravit extremam castrorum partem.

INIMICI TUI. Nota. Deus olim se maximè representabat per arcam : orat ergo hic Moyses, ut surgente arca, surgat etiam Deus, quasi qui hæcæntis cum Hebræis in arca quiesceret, et jam exurgere rogetur ad viam præcedendam et præmuniendam, dissipandosque hostes suos; id est, gentes vicinas, quæ populi sui erant hostes, à facie sua, ut videlicet coram arcâ Domini, vel eâ visâ metu correpti diffugiant. Hinc ea Israelitis in arca Domini fuit confidentia, ut eam producerent ad castra tempore belli, idque magno hostium pavore, tumque Deum sibi præsentem, seque adjuvantem crederent, ut patet ex gestis tum Josue c. 6, tum Heli 4 Reg. 4, 5. Ex hisce verbis et oratione Moysis, ait Abulensis, inolevit in Ecclesiâ mos, ut initio Horarum Canonicarum dicatur : *Deus in adiutorium meum intende*, scilicet ad nos adjuvandum et dirigendum in psalmodiâ. Rursum abbas Marcellus in Prato spirituali c. 432, ait, nihil ita esse utile nihilque ita contristare demones ac psallere. *Nam cum psallimus, ait, partim nobis ipsis, Deum laudando, oramus, partim demonem maledictis incessimus, ut cum dicimus : Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus.* Magis mirabile, magisque ad præxim redigendum est, quod scribit S. Athanasius ad Antiochum q. 14 : *Non existit, ait, in toto tam veteri, quam novo Testamento verbum terribilius, atque magis nostram disperdens potestatem (id est, diabolum) quam initium Psalmi 67 (quod ex hisce Moysi verbis et precibus desumptum est) : quoniam enim dicto verbo : Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus; mox ululus evanescit et disparet diabolus, ostendens hujus orationis virtutem et operationem.*

Hinc angelus apparet, psallensque cum orationum interjectione, monachos docuit modum psallendi, indeque Psalmi duodecim in Horis nocturnis et diurnis per totam Ægyptum cantantur, inquit Cassianus lib. 2 hyst. c. 5. Sicut angeli alternis canentes visi à S. Ignatio, docuerunt chorum alternis canere, quod Græci vocant *diatropion* *phallosis*, unde Antiphonarum nomen et origo, ut alibi ex veteribus historicis ostendi; ita nocte et die psallebat sine intermissione Isidorus presbyter in Vitis Patr. lib. 5, tit. 41, n. 17.

VERS. 56. — CUM AUTEM DEPOSERETUR (ARCA) AERAT : REVERTERE, DOMINE, ad castra videlicet, quæ arcam et Dominum sequebantur. Nam cum columna nubis sisteret, arcaque deponeretur, ibi simul castra figebantur circumcirea : in medio enim castrorum fixorum erat arca. Orat ergo Moyses, ut Dominus redeat ad medium castrorum, ut omnia castra tueatur.

AD MULTITUDINEM EXERCITUS ISRAEL. Hebræicè, *ad myriades militum Israel*. Tradunt enim Hebræi, tres milliones hominum cum Mose ex Ægypto exiisse, et peregrinos esse per desertum versus Chanaan.

CHAPITRE XI.

1. Cependant le peuple se laissa emporter au murmure contre le Seigneur, comme se plaignant de la fatigue qu'il endurait. Le Seigneur l'ayant entendu entra en colère, et une flamme qui venait du Seigneur s'étant allumée contre eux, dévora tous ceux qui étaient à l'extrémité du camp, et qui, se trouvant plus éloignés de Moïse, s'abandonnaient plus aisément au murmure.

2. Cùmque clamasset populus ad Moysen, oravit Moysen ad Dominum, et absorptus est ignis.

3. Vocavit nomen loci illius incensio, eò quòd meatus fuisset contra eos ignis Domini.

4. Vulgus quippe promiscuum, quòd ascenderat cum eis, flagrant desiderio, sedens, et flens, junctis sibi pariter filiis Israel, et ait : Quis dabit nobis ad vescendum carnes ?

5. Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis : in mentem nobis veniunt cucumeres, et pepones, porrique, et cepæ, et allia.

6. Anima nostra arida est : nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man.

7. Erat autem man quasi semen coriandri, coloris bdellii.

8. Circuibatque populus, et colligens illud, frangebatur molâ, sive terebat in mortario, coquens in ollâ, et faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

9. Cùmque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter et man.

10. Audivi ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorii sui. Iratusque est furor Domini valdè : sed et Moysi intoleranda res visa est.

11. Et ait ad Dominum : Cur affixisti servum tuum? Quare non invenio gratiam coram te, et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me ?

12. Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi : Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, et defer in terram, pro quâ jurasti patribus eorum ?

13. Undè mihi carnes ut dem tante multitudini? Flent contra me, dicentes : Da nobis carnes ut comedamus.

14. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi.

15. Sin aliter tibi videtur, obsecro ut interficias me, et inveniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.

16. Et dixit Dominus ad Moysen : Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nôsti quod senes populi sint ac magistri : et duces eos ad ostium tabernaculi foderis, faciesque ibi stare tecum.

17. Ut descendam et loquar tibi : et auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, et non tu solus graveris.

18. Populo quoque dices : Sanctificamini : cras comedetis carnes. Ergo enim audivi vos dicere : Quis dabit nobis escas carniarum? bene nobis erat in Ægypto; ut det vobis Dominus carnes et comedatis,

19. Non uno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem;

20. Sed usque ad mensum dierum, donec exeat per naves vestras, et vertatur in nauseum, eò quòd reperieritis Dominum, qui in medio vestri est, et flevit

2. Alors le peuple ayant adressé ses cris à Moïse, Moïse pria le Seigneur, et le feu s'éteignit et entra dans la terre d'où il était sorti.

3. Et il appela ce lieu Incensio, parce que le feu du Seigneur s'y était allumé contre eux.

4. Ce châtiment ne les rendit pas sages pour longtemps; car peu de jours après, une troupe de petit peuple qui était venu d'Égypte avec eux désira de la chair avec une grande ardeur; et s'étant assis en pleurant, ils attirèrent à eux les enfants d'Israël qui, entrant dans leurs sentiments, commencèrent à dire : Qui nous donnera de la chair à manger ?

5. Nous nous souvenons des poissons que nous mangions en Égypte presque pour rien; les concombres, les melons, les oignons et l'ail de ce pays-là, qui sont excellents, nous reviennent à l'esprit.

6. Notre vie est languissante; nous ne voyons que manne sous nos yeux.

7. Or, la manne était, pour la figure et pour la grosseur, comme la graine de la coriandre, et elle était de la couleur du bdellium ou de la perle.

8. Le peuple l'allait chercher autour du camp, et l'ayant ramassée, il la broyait sous la meule, ou il la pilait dans un mortier; il la metait entre ensuite dans un pot, et en faisait des tourteaux, qui avaient le goût comme d'un pain pétri avec de l'huile.

9. Quand la rosée tombait dans le camp durant la nuit, la manne y tombait aussi en même temps.

10. Moïse entendit donc le peuple qui pleurait chacun dans sa famille, et qui se tenait à l'entrée de sa tente. Alors le Seigneur entra dans une grande fureur, et ce murmure parut aussi insupportable à Moïse;

11. Et il dit au Seigneur : Pourquoi avez-vous affligé votre serviteur? Pourquoi est-ce que je ne trouve point grâce devant vous, et pourquoi m'avez-vous chargé du poids de tout ce peuple ?

12. Est-ce moi qui ai conçu toute cette grande multitude, ou qui l'ai engendrée, pour que vous me disiez : Portez-les dans votre sein comme une nourrice accoutumée de porter son petit enfant, et menez-les dans la terre que j'ai promise à leurs pères avec serment ?

13. Où trouverai-je de la chair pour en donner à si grand peuple? Ils pleurent et crient contre moi, en disant : Donnez-nous de la viande, afin que nous en mangions.

14. Je ne puis porter seul tout ce peuple, parce que c'est une charge trop pesante pour moi; je vous supplie de m'en décharger.

15. Que si votre volonté s'oppose en cela à mon désir, je vous conjure de me faire plutôt mourir, et que je trouve grâce devant vos yeux, pour n'être point accablé de tant de maux.

16. Sur quoi le Seigneur répondit à Moïse : Assemblez-moi soixante-dix hommes des anciens d'Israël, que vous savez être les plus expérimentés et les plus propres à gouverner; et menez-les à l'entrée du tabernacle de l'alliance où vous les ferez demeurer avec vous.

17. Je descendrai là pour vous parler; je prendrai de l'esprit qui est en vous, et je le leur en donnerai, afin qu'ils soutiennent avec vous le fardeau de ce peuple; et que vous ne soyez point trop chargé en le portant seul.

18. Vous direz aussi au peuple : Purifiez-vous; vous mangerez demain de la chair que vous donnera le Seigneur, car je vous ai entendu dire : Qui nous donnera de la viande à manger? Nous étions bien en Égypte. Le Seigneur vous donnera donc de la chair, afin que vous en mangiez.

19. Non un seul jour, ni deux jours, ni cinq, ni dix, ni vingt;

20. Mais pendant un mois entier, jusqu'à ce qu'elle vous sorte par les narines, et qu'elle vous fasse soulever le cœur; parce que vous avez rejeté le Seigneur qui est au milieu de vous, et que vous avez pleuré des

coram eo, dicentes: Quare egressi sumus ex Ægypto?
21. Et ait Moyses: Sexaginta millia peditum hujus populi sunt, et tu dicis: Dabo eis esum carniem mense integro.

22. Numquid ovium et hominum multitudo excedat, ut possit sufficere ad cibum? Vel omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satient?

23. Qui respondit Dominus: Numquid manus Domini invalida est? Jam nunc videbis utrum meus sermo opere compleatur.

24. Venit igitur Moyses, et narravit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum.

25. Descendit Dominus per nubem, et locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moysè, et dans septuaginta viris. Cinque requieverunt in eis Spiritus, prophetaverunt, nec ulli cessaverunt.

26. Remanserunt autem in castris duo viri, quorum unus vocabatur Eldad, et alter Medad, super quos requievit Spiritus. Nam et ipsi describitur fuerant, et non exierant ad tabernaculum.

27. Cinque prophetarent in castris, incurrit puer, et nuntiavit Moysi, dicens: Eldad et Medad prophetant in castris.

28. Stetit Josue, filius Nun, minister Moysi, et electus e pluribus, ait: Domine mi, Moyses, prohibe eos.

29. At ille: Quid, inquit, æmularis pro me? Quis tribuit ut omnis populus prophetet? et det eis Dominus Spiritum suum?

30. Reversusque est Moyses, et majores natu Israel in castra.

31. Ventus autem egrediens ad Dominum, arreptans trans mare coturnices detulit, et demisit in castra itanere quantum uno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram.

32. Surgens ergo populus toto die illo, ac nocte, et die altero, congregavit coturnicum, qui parum, decem coros: et sicaverunt eas per gyrum castrorum.

33. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hujusce modis cibus, et ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis.

34. Vocatusque est ille locus, Sepulchra concupiscentie: ibi enim sepelierunt populum qui desideraverat. Egressi autem de Sepulchris concupiscentie, venerunt in Haseroth et manserunt ibi.

VERB. 1. — INTEREA ORTUM EST MURMUR POPULI (Heb. est, et erat populus murmurans mala. Ita et Septuag. et Chald.). QUASI DOLENTIUM PRO LABORE, pro fatigatione itineris, puta quia tres dies continuos cum parvulis, jumentis et sarcinis ambularent. Pro quasi dolentium, hebr. est *kemtonemim*, id est, quasi causantium laborem et dolorem. Unde patet eos non tam murmurasse ex verâ fatigatione (lentè enim ambulabant, et Deus confortabat eos) quam eam prætexisse

vant lui, en disant: Pourquoi sommes-nous sortis de l'Égypte?

21. Moïse lui dit: Ce peuple est de six cent mille hommes de pied, sans compter les femmes et les enfants, et vous dites: Je leur donnerai de la viande à manger pendant tout un mois.

22. Faut-il égarer tout ce qu'il y a de montons et de bœufs pour pouvoir fournir à leur nourriture? Ou ramassera-t-on tous les poissons de la mer pour les rassasier?

23. Le Seigneur lui répondit: La main du Seigneur est-elle impuissante? Vous allez voir présentement si l'effet suivra sa parole.

24. Moïse étant donc venu vers le peuple, lui rapporta les paroles du Seigneur: et ayant rassemblé soixante-dix hommes choisis parmi les anciens d'Israël, il les plaça près du tabernacle.

25. Alors le Seigneur étant descendu dans la nue, parla à Moïse, prit de l'esprit qui était en lui, et le donna à ces soixante-dix hommes. L'esprit s'éleva; donc reposé sur eux, ils commencèrent à prophétiser, et continuèrent toujours depuis.

26. Or, deux de ces hommes, dont l'un se nommait Eldad, et l'autre Medad, étant demeurés dans le camp par humilité et par modestie, l'esprit se reposa sur eux; car ils avaient aussi été marqués avec les autres; mais ils n'étaient point sortis pour aller au tabernacle, se croyant indignes de cet honneur.

27. Et lorsqu'ils prophétisaient dans le camp, un jeune homme courut à Moïse, et lui dit: Eldad et Medad prophétisent dans le camp.

28. Aussitôt Josué, fils de Nun, qui excellait entre tous les ministres de Moïse par son zèle pour la gloire de Dieu et pour l'honneur de son maître, lui dit: Moïse, mon Seigneur, empêchez-les.

29. Mais Moïse lui répondit: Pourquoi avez-vous des sentiments de jalousie en ma considération? Plus à Dieu que tout le peuple prophétisât, et que le Seigneur répandît son esprit sur eux tous!

30. Après cela Moïse revint au camp avec les anciens d'Israël.

31. En même temps un vent excité par le Seigneur, emportant des cailloux des pays au-delà de la mer, les amena, et les fit tomber dans le camp et autour du camp en un espace aussi grand que le chemin que l'on peut faire en un jour; et elles volaient en l'air, n'étant élevées au-dessus de la terre que de deux coudées.

32. Le peuple se levant donc, amassa pendant tout le jour et la nuit suivante et le lendemain une si grande quantité de cailloux, que ceux qui en avaient le moins en avaient dix mesures, et ils les firent sécher tout autour du camp.

33. Ils avaient encore la chair entre les dents, et ils n'avaient pas achevé de manger cette viande, que la fureur du Seigneur s'alluma contre le peuple, et le frappa d'une très-grande plaie.

34. C'est pourquoi ce lieu fut appelé les Sépultures de concupiscentie, parce qu'ils y ensevelirent le peuple qui avait été frappé de mort par le Seigneur pour avoir désiré de la chair. Étant partis des Sépultures de concupiscentie, ils vivèrent à Haseroth, où ils demeurèrent.

COMMENTARIUM.

sua gula, et ollis Ægypti, ut patet v. 5. Quocirca Vatabl. vertit: Contigit autem, cum populus molestem et dolorem quendam causaretur, ut eas res displiceret in auribus Domini. Mitonenim enim cum sit Hittæal, significat actionem relexam, puta dolentium, id est, causantium dolorem; imò aliqui, ut Forster. in lexico, mitonenim vertunt concupiscentium, scilicet carnes et cepas, ut patet v. 5. Radix enim on, et concupiscentiam significat, et dolorem: illa enim hujus est causa,

ut culpa causa est poena. Alii, ut R. David, Pagnin., Mercer. mitonenim vertunt, mentientium, scilicet fatigationem et dolorem, cum revera non tam fatigati essent, quam concupiscent ollas Ægyptias, more suo. Marinus vertit, perversè agentium. Favet Deut. 8, 4, ubi dicitur: *Pes tuus non est sabirinus, ex quadragesimo annis est*. Adde, cum hi murmuratores causam murmuris et doloris sui expriment, non nominant fatigationem, sed concupiscentiam carniem et ceparum. Quis dabit, inquit v. 4, nobis ad vescendum carnes? etc. Denique alii passim mitonenim vertunt non dolentiam, nec fatigatorem, sed murmurantium, hoc est, causantium fatigationem, cum revera concupiscent carnes. Et ita vertunt Septuag. et noster Thren. 5, v. 39: *Quid murmuravit (hebr. hitonen) homo vivens tibi pro peccatis suis? q. d.: Quid murmurat homo caudens et incandens Dei providentiam, quasi illa praesentiarit et decreverit ejus excidium et perditionem, cum incusare debeat peccata sua, quae vera sunt perditionis ejusque causa?*

Abulensis putat hoc murmur contigisse sub anno quadragesimum ab egressu ex Ægypto: sed longè verius est illud contigisse anno secundo ab egressu. Nam contigit mox ab egressu ex Sina, in decima tertia mansione: ex Sina autem egressi sunt Hebraei anno secundo mense secundo. Rursum hoc murmur contigit ob manna: manna autem coepit dari anno primo; ergo, paulò post illud, puta anno secundo, murmur hoc accidit, cum ex continuo ejus esu illud fastidium coeperunt.

ET ACCENSUS IN EOS IGNIS DOMINI, id est, ad Dominum. Ita Sept. et Chald. Secundo, ignis Domini, id est, ignis ingens, vehemens et terribilis; sic enim vocantur ceteri Dei, montes Dei, id est, cedri magna, montes excelsi. Est hic hysteron proteron. Hac enim plaga infligta est post murmur carniem, uti ostendam vers. 4; quare hic versus et sequens juxta historiae ordinem, ponendi fuissent post v. 33.

Nota. Igne puniuntur et cremantur hic murmurantes. Ita Deo displicet murmur et rebellio.

VERB. 3. — VOCATIVIQUE NOMEN LOCI ILLIUS INCENSIO. Locus hic ab igne vocatus est incensio: sed à poena quae vocatus est sepulchra concupiscentie, ut patet v. 34. Est enim hic unus idemque locus, uti et murmur. Nota. Illic non in itinere, sed in castris, seu castrorum fitione contigisse significatur v. 1; hoc enim significat Hebr. *hammachane*, id est, castrorum metatio.

VERB. 4. — VULGUS QUIPPÉ PROMISCEUM, etc., FLAGRANTI DESIDERIO. Nota quod quippe (licet enim in Hebraeo sit, et tamen et Hebraeis sapè est causale, significans quia, quippe), hanc enim vox causalis significat causam precedentium, cur scilicet Hebraei murmuraverint, et cur puniti sint igne, videlicet, quòd nonnihil ex labore itineris fatigati, coeperint suspirare ad carnes et ollas Ægypti; unde sequitur, unum idemque esse murmur, quòd v. 1 breviter, hic verò fusè enarratur. Voluit enim Moses primo, tam murmur quàm ejus poenam perstringere, deinde fusè et ordinatè hoc versus historiam totam rei geste enarrare. Id ita esse

rursum ex eo confirmatur, quòd non sit verisimile Hebraeos ob solum murmur, vel queream fatigationis puniunt esse igne: aut post hanc poenam et eladem statim hic iterum murmurasse, ob desiderium carniem. Timuissent enim rursum puniri igne. Tertio, idipsum indicat Psaltes Ps. 77, v. 20, cum hoc murmur eorum ita describit: *Numquid et poenam* (id est, cibum, hoc enim hebr. est *panis*, unde Gench. ex R. Kimchi, pro panem intelligit carnes) poterit dare, aut parare mensam in deserto? deinde poenam subiungit: *Idèò audivit Dominus, et distulit, et ignis accensus est in Jacob, et ira ascendit in Israel*. Vides hic, ignis poenam infligiam esse, ob murmur non tam quereantem de fatigatione, quam desiderantium cibos et carnes.

Disce hic ingenium vulgi. Quid et quale est vulgus? Primò, Philo lib. de Joseph. : *Sicut coci*, ait, *omnia esculenta ad suavitatem oris comparant, vitia negligunt: sic ignobile vulgus securum de commodis, presentem tantum voluptatem venatur. Et sicut coci nihil aliud curat, quàm inutilis eas supervacaneas ventris voluptates, sic et vulgus, etc.*

Vulgus hominum cupiditatibus agit, non ratione, inquit Thucydides. *Vulgus est voluptatum cupiens, et, si ei princeps tribuit, letum, ait Tacitus l. 14.*

Secundò: *Plebs ois lascivit*, ait Livius decad. 1, lib. 2. Tertio: *Id omni multitudinè naturâ insitum est, ut rerum novitate et immutatione letetur*, inquit Agathias lib. 3.

Quartò: *Omni populo inest malignum quiddam et querulum in imperantes, inquit Plutarch. in poli.*

Quintò: *Multitudo vulgi more magis quàm judicio, post alium alius quasi prudentiorum sequitur, sicut ovis ovem*, inquit Sallust. ad Casar.

Sextò: *Vulgus ingenio mobilis, seditiosum atque discordiosum, cupidum rerum novarum, quieti et otio adversum*, inquit idem in Jugurth.

Septimò, Antisthenes apud Laert. l. 6: *Vulgus, inquit, hominum tantum probat ea quibus assuevit* (ut Hebr. hic ollas Ægyptias), *ab exoticis (à manna) abhorret, non quòd mala, sed quòd peregrina sint.*

Octavò, Ovidius lib. 1 Trist. eleg. 8, sic canit de vulgo:

*Utque comes radios per solis eantibus umbra est,
Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit:
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus:
Quæ simul inducta nube teguntur, abi.
Idem rursum: *Vulgus amicitias utilitate probat.*
Nonò, Polyb. l. 11 hist.: *Ut mare*, inquit, *naturâ sua placabile est, cum verò irruunt venti, tale est quales sunt venti quibus agitatur, ita ignobile vulgus per se placabile est, sed agitatur, et tale redditur, quales habet duces et consiliarios.**

Decimò, Plutarch. in Moral.: *Qui captat aves, sic inquit, carum voces imitatur ut attrahat in laqueos: sic in multitudinem in tuam adducis sententiam, illius ingenio obsecundans et obsecras oportet.*

Undecimò, Themistocles affectus contumeliâ à Atheniensibus, quos multis beneficiis affecerat, aiebat, *similem se esse platanis, sub quarum umbra à la-*

teant, accurrunt homines tempestate afflicti, et easdem, mox ut abijt tempestas, vellunt. Sensit vir prudentissimus vulgi mores esse, ut in belli periculis implorent virorum fortium opem, in pace verò contemnunt eos, imò vexent et vellunt. Ita Plutarch. in Apophth.

Doodecimò, cum Atheniensibus proditum esset oraculum, in eà civitate unum esse virum, qui cunctorum sententiis adversaretur, ac populos vociferans juberet eum inquiri ut occideret: Phocion in medium procedens: Ego, inquit, sum ille quem designavit oraculum. Mihi enim omnia ea displicent, quae vulgus dicit et agit. Quo dicto ostendere voluit inconditam multitudine, quoniam affectibus regitur, nihil sani agere aut loqui. Ita Plutarchus ibidem. Hinc Antisthenes quodam die theatrum ingressus, adversus populum nitens progrediebatur. Rogatus cur id faceret? Hoc inquit, in omni vitâ facere studio. Sentiens hoc sapientis esse viri, in omnia se multitudinem dissidere. Ita Laert. l. 6. Nihil enim praestantius quam ne pecorum ritu sequamur gregem antecedentium, pergentes non quò eundem est, sed quò iter.

Decimò tertio, S. Basilus apud Antonium in Melissa p. 1, ser. 18: Sicut nebulae, ait, iuxta mutationes flatuum, nunc huc, nunc illuc feruntur, sic vulgus quoties vento nunc in hanc, nunc in illam partem sese fecit.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus: est enim bellum multorum capium.

Decimò quarto, Joannes XXIII, pontifex roman., interrogatus aliquando: Quid foret à veritate remotius? Resp.: Vulgi sententia. Quidquid enim laudat, vituperatum dignum est; quidquid cogitat, vanum; quidquid loquitur, falsum; quod improbat, bonum est; quod approbat, malum; et quidquid extollit, infame.

FLAGRAVIT DESIDERIO carnum et caeparum Aegypti, patet ex v. seq. Licet enim oves non comederent Aegyptii, ut patet Genes. 46, 54, nec caepas, utpote quas ut deos colerent: unde eos ridens Juvenal. satyr. penult. ita canit:

Porrum et caepe nefas violare, ac frangere morsus.
O sanctas gentes, quibus haec nascuntur in hortis
Numina! Lanatis animalibus absint omnis
Mensa; nefas illic factum jugulare capellae.
Tamen alia animalia comedeant: imò oves et caepas alii comedeant, ut patet ex hoc loco, alii ex religione iis abstineant. Aliquorum enim tantum erat haec religio, vel potius superstitio.

Dices: Hebraei habebant sua pecora, quae poterant occidere et comedere; cur ergo hic carnes à Mose poscut, et murrunt? Respondeo: Illa pecora erant pauca nec sufficissent ad tot hominum millia, vel paucò tempore alenda. Vide v. 22. Rursum pecora haec servare volebant ad sobolem, in terrâ promissâ procreandam. Denique, non omnes habebant pecora, praesertim ex illâ colluvie, à qua cepit murrur. Ita Abulensis. Addit S. Aug. eos desiderasse coturnices: hisce enim datis, Deus sedavit eorum murrur. Verùm Scriptura hoc non exprimit, sed tantum carnes, porros et caepas: nec vulgus hoc in Aegypto assuetum fuerat coturnicibus.

Moraliter S. Bern. tr. Ecce nos reliquimus omnia, docet argumentum inculte mentis esse, concupiscentiam et sollicitudinem temporalium: Ut exercitii spiritualis, inquit, et cura cordis indicium evidens est contemptus exteriorum; sic coramdem sollicitudo, certum nihilominus signum mentis inculte. Scriptum quippe est: Desideris est omnis otiosus.

SEDENS. Ita et Septuag. legentes alii punctis vaiescunt, id est, et sederunt; jam Masoretae, et moderni Hebraei cum Chald. legunt vaiescunt, id est, et reversi, vel aversi sunt.

VERS. 5.—IN MENTEM NOBIS VENIUNT CUCUMERES, ETC. Moraliter S. Greg. 20 mor. c. 46. Quid, ait, signatur per ollas carnum, nisi carnalia vite opera in tribulationum doloribus, quasi ignibus excipienda? Quid per pepones, nisi terrene dulcedines? Quid per porros et caepas exprimitur, quae plerumque qui comedunt, lacrymas emittunt, nisi difficultas vite praesentis, quae à dilectoribus suis et non sicut luctu agitur, et tamen cum lacrymis amat? Manna igitur deserentes, cum peponibus ac carnibus porros caepasque quaesierunt: quia videlicet perversee mentis dulcia per gratiam quietis dona desipiunt, et pro carnalibus voluptatibus laboriosa hujus vite itinera etiam lacrymis plena concupiscunt, contentum habere ubi spiritualiter gaudent, desiderant appetunt ubi et carnaliter gemant. Horum itaque recordiam veridicè voce Job reprehendat; quia nimium perversi iudicio perturbata tranquillitas, dura lenibus, aspera mitibus, transitoria aeternis, suspecta securis anteponunt.

GRATIS. Pretio vili, et quasi nullo. VERS. 6.—ANIMA NOSTRA ARIDA EST, quasi dicant: Appetitus noster languet, nauseat, et quasi exarescit, eò quòd siccò, et eodem semper manna vescamur, nihil viride, nil succulentum comedamus.

Dices: Manna exhibebat eis omnem saporum, ut dicitur Sap. 16, 20; ergo etiam saporum carnum et caeparum: cur ergo murrunt? Respondent aliqui, solos justos sensuisse varietatem saporis in manna, idque ad libitum: impios autem, qui erant in peccato mortali, in manna non sensisse, nec sapuisse nisi saporem naturalem, qui erat mellis, aut panis oleati, ad quem facile nauseamus. Verùm Exodi 16, vers. 31, ostendi hoc beneficium tam impiis quam piis fuisse commune. Respondeo ergo, nauseam hanc et murrur ortum esse, non ex nativâ dulcedine (haec enim si crebro gustetur, nauseam movet) manna, nec ex eò ejusdem semper cibi; utpote qui ad libitum eorum saporum variabat: sed quia odor, color, forma, tenuitas et similes aliae qualitates eadem semper perseverabant in manna, quarum qualitatium jucunda quaedam diversitas allicit magis gustatum. Unde et gulones, praesertim pueri, sepe non tam os et ventrem, quam oculos, phantasiam et manus cibo saturare et implere cupiunt.

VERS. 7.—COLORIS BDELLII. Hebr. oculus ejus sicut oculus bdellii; oculus, id est, color, qui est objectum oculi, est metonymia: vide can. 30. Bdellium est colore unguis, teste Plinio l. 12, 9; et Dioscor. l. 1.

c. 69, puta candidum est et lucidum. Unde Septuag. vertunt, sive crystallo; hinc et bdellium hebr. vocatur bdolach, quod onychem, sive lapidem onychium significat. Vide dicta Exodi 19, 54.

VERS. 8.—SAPORIS QUASI PANIS OLEATI. Ita et Sept. et Chald.; sed recentiores vertunt: Saporis quasi recentis, vel lumentis olei.

VERS. 9.—CENQUE DESCENDERET NOCTE SUPER CASTRA ROS, DESCENDERAT PARITER ET MAN. Hebr., Chald. et Septuag. addunt, super eam, scilicet rorem. Ros ergo hic, non significat torulentum vaporem, sed condensatum et congelatum, id est, pruina, quae subternebatur ipsi manna, ne manna terre tactu foedaretur, uti dixi Exodi 16, 15.

VERS. 10.—MOYSI INTOLERANDA RES VISA EST, quòd videlicet omnis populus ulularet, et à Mose carnes posceret. Unde tantum ipse hic populi sensit onus, ut morte gravius ipsi videretur, optaretque mori. Hoc est ingratum pusillanimitatis: quòd pulcrè describens Victor Abbas apud Sophron c. 16, 4: Pusillanimitas, ait, passio animae est. Sicut enim capitis oculi, quanto magis patiuntur, plus sibi videntur lumen intueri, qui verò sanos habent oculos, modicum, ita et pusillanimes ex modicâ tentatione cito perturbantur; qui verò animâ sani sunt, magis gaudent in tentationibus.

VERS. 11.—ET AIT AD DOMINUM, ETC. CUR IMPOSTITI PONDUS UNIVERSI POPULI HUIUS SUPER ME? Pondus vocat onus et curam regendi populum, eique de omnibus providendi. Quare verò sapiens ille: Rex bonus, ait, servus est publicus. Et Pompeius: Magnam potentiam ambit inexpertus, odit expertus. Sensit hoc Antiochus Syria rex, qui à Romanis bello victus testatus est se magnâ curâ liberatum, quòd modicis regni finibus inclusus esset.

Themistocles dicebat se malle ad sepulcrum quam ad tribunal ire, inquit Aelian. l. 6.

Seleneus, Asiae rex, teste Plutarcho, dicere solebat: Si sciret vulgus, quàm laboriosum sit legere ac scribere solium tot epistolas, diadema ne humo quidem tollerò dignaretur. Alphonso, Aragonum regi, in cenâ importunitis quidam instabat: rex nihil commotior, asinos tantum regibus lentiores esse dixit: illis enim diem comedunt, clitellas auferunt agones, mihi verò senex iste cenanti imponit. Meminerunt Belgae Caroli V, qui senescens onerum et curarum reipubl. pertaus cum Bruxellae principatum Belgii in filium Philippum II transferret, illicarymans dixit: O fili, magnum tibi onus impono. Ego enim toto tempore principatus mei, nunquam quadrantem horae magnis curis et anxietatibus vacuum habui. Secedens ergo, quatuor ultimos vite annos sibi et Deo vixit. Adrianus Papa II, teste Petrarchâ, nullum supplicium majus de hoste poscebat, quam ut Papa fieret. Pius V, Pontifex sanctus, dicere solebat: Cim essem religiosus, sperabam bene de salute animae meae cardinalis factus, extimui, nunc Pontifex creatus, penè despero. Idem sensit Clemens VIII. Non mirum ergo si S. Gregorius, Nicolaus I, Clemens III, Celestinus V, et alii adeò papatum fugerint. Lucianus ait Myronis et Praxitelis colossos foris multo

nitere chore et auro, ad hæc filmen aut tridentem dextrâ tenere, ut Jovem, aut numen aliquod representent, cum intus nihil appareret præter picem, clavos, araneas, nures et sordes. Atque talem esse principum vitam affirmat, quorum si strepitum et apparatus inspicias, nihil felicitis, nihil decorum vite similis; sin curas, suspiciones, obia contemplerè, quibus intus discredantur, nihil calamitosius. Meritò ergo Antiochus rex ad filium insolentem: An ignoras, inquit, ò fili, regnum nostrum non esse aliud, nisi splendidam servitutem? Principum ergo sors non amibenda, non invidenda, sed compassione digna est.

VERS. 12.—UT DICAS MIM. Hebr., quia dicit mihi; ita et Sept., unde patet Deum dixisse Moysi: Esto populo huic ut nutrix et mater, id est, diligentissimam, et quasi maternam eî curam exhibe; licet id nusquam alibi expressè scribatur, aut narretur.

PORTA EOS IN SITU TEO. Hoc est officium pastorum, imò sanctorum omnium. Talis fuit Elias, cui proinde ascendenti in colum acclamavit Elisasus: Pater mi, currus Israel, et auriga ejus. Hinc rex dicitur passidus, quasi êcclesie, et Adonai quasi eden, id est, fulcrum populi: hoc est quod ait Paulus: Alter alterius onera portate.

Vis exempla et documenta sanctorum? Accipe è Vitis Patr. l. 5, c. 16 de patientiâ (sequor ultimam editionem P. nostri Heriberti). Quidam, inquit, videns quemdam religiosum portantem mortuum in lecto, dicit eî: mortuos portas? Vade, invenies porta: quia pacifici filii dei vocabuntur.

IBIDEM c. 15 de Humilitate: Abbas Anuph septem fratres suos docuit modum vivendi constituit inter se. Nam per totam septimanam faciem cordis ejusdem mane lapidabat: vespere autem dicebat: Ignosce mihi. Rogatus cur id faceret, ait: Propter vos hoc feci. Quando me vidistis lapidantem faciem statuae, num locuta est, num furuit? et dixerunt: Non. Iterum quando apud eam penitentiam egi, num turbata est? num dixit: Non ignosco? et responderunt: Non. Tum ille dixit: Ergo et nos qui sumus septem fratres, si vultis ut maneamus simul, efficiamur sicut statua hæc, quae contumeliis affecta non turbatur. Illi autem prostraverunt se dicentes: Quid jubes faciemus; manseruntque simul per totam vitam operantes et facientes juxta verbum Anuph. Constituit autem ipse unum ex eis dispensatorem, qui quodcumque eis appauesset, comedebat, nec quisquam dicebat: Alter aliquid aliud, aut nolo istud manducare: et sic transigerunt vitam suam cum pace et quiete. Ibidem abbas Nestero rogatus, quomodo in cenobio pacificè vixisset, atque in quâvis turbatione didicisset servare silentium et patientiam, respondit: Quando intravi initium in congregatione, dixi animo meo: Tu et asinus unum estote. Sicut enim asinus vapulat, et non loquitur, injuriam patitur, et non respondet, sic et tu, sicut et in Ps. legitur: Ut iumentum factus sum apud te, et ego semper tecum.

Ibidem lib. 6, c. 4, abbas Moyses dixit: Si quis portat peccata sua, non videt peccata proximi sui.

Rursum abbas Agatho dixit: (Si halitus cum proximo tuo, esto sicut columna lapidea, quae si injuriatur, non irascitur, si glorificatur, non extollitur, non extollitur.) Ibidem in sententiis Patrum Aegyptiorum, sent. 107, dicebant de abbate Macario seniore: Quia sicut Deus protegit totum mundum et portat peccata hominum, ita et ille quasi quidam Deus terrenus fuit in fratribus, operiens delicta eorum et ea quae videbat vel audiebat, quasi non videns, et non audiens.

VERS. 15. — SEN ALITER TIBI VIDETUR, OBSECO UT INTERFICIAS ME. Moses hic tantis premebatur angustiis, ut hanc sibi gratiam fieri cupiat, videlicet ut mori sibi liceat; amarissimè ergo afflictus, et perturbato animo existens, neque satis sibi praesens haec dixit, mortemque petiit: unde vel nullum, vel leve pusillanimitatis tantum peccatum admisit, quare et à Domino non corpeptionem, sed consolationem accepit.

VERS. 16. — ET DIXIT DOMINUS AD MOYSEN: CONGREGA MIHI SEPTUAGINTA VIROS DE SENIBUS ISRAEL, UT VIDELECT IN EOS PARTIAM ONUS TUUM, ut ipsi te sublevent in populi regimine. Licet enim Exodi 18, ex suggestione Jethro, Moses in populo constituisset decanos et tribunos, qui lites populi deciderent, tamen ultima appellatio semper erat ad Moysen. Ad haec, majores causa ad Moysen referantur. Denique ea quae Deum, Deique cultum spectabant, solus Moyses decernebat, quare graev ipse sustinebat onus: ad quod levandum Deus hic jubet eligi septuaginta viros, qui haec tria, aequè ut Moses, praestarent; idèquè eos aequè ac Moysen spiritu prophético insignivit, ut familiariter Deum consulere in dubiis, et ab eo edocerentur. Nota. Hi septuaginta non fuerunt internum cum illis septuaginta, qui non tam delecti, quam quasi fortuito occurrentes, vel offerentes se comitasti sunt Moysen, euntem ad colloquium Dei in Sina, Exod. 24, 4; sed ex iis et aliis hi septuaginta à Mose delecti, et à Deo confirmati fuerunt. Manserunt hi septuaginta deinceps, et continno habuere successores, etiam in Chanaan, sed carentes spiritu prophético. Nam solo consilio suo aderant pontifici, qui Deuter. 17, 9, summus Hebraeorum staturatur iudex, erantque ejus consilarii. Unde concilium horum cum pontifice summum erat, et ab Hebraeis vocatum est *Sanhedrim*, graecè *synagoga*, de quo videri potest Josephus, et Gelatinus l. 4, c. 5. Atque hi seniores fuerunt, qui in magno illo suo concilio, sive concilio, Christiani moris reum proclamaverunt, et Pilato occidendum tradiderunt, de quo Matth. 26 et 27. Rursum Moysen communicasse hisce 70 senioribus legis sensum, praesertim secretiorum, et mysticum posteris tradendum (quem legem spirituales et archetypum vocat Philo l. de Plantat. Noe, et Nazianz. or. 1 Apol.) docent Hebraei, uti referi Genebr. l. 2. Chronol. *Moses*, inquit, *accepit legem de Sina, et tradidit eam Josue, ipse vero senioribus, seniores Synagoga: Propheta vero eam tradiderunt viris magne Synagoga, qui fuerunt Estrus cum reliquis. Idem confirmat S. Hilar. in Psal. 2: Moses, inquit, quamvis veteris Testamenti verba litteris condidisset, tamen separata quadam et occulta legis secretiora mystice-*

ria septuaginta senioribus, qui doctores detinere manserunt, intimaverat. Cujus doctrinae etiam Dominus in Evang. meminit, dicens: Super cathedram Mosi sederunt Scribae et Pharisei: doctrina vero eorum mansit in posterum. Hisce ergo senioribus videtur successisse Scribae in officio explicandi legem et interpretandi S. Scripturam, qui proinde in Evang. legis periti, et seniores vocantur. Tradunt Hebraei ab hisce celebratum esse magnum synodum 120 hominum, sub Artaxerxe Longimano, in qua constitutus est ordo 22 librorum canonicorum: cui Synodo, si credimus Eliae praefatione 5 Massoreth, praefuit Daniel, cum Anania, Misaele, et Azaria, Esdrà, Nehemia, Mardocheo, Zorobabele, Aggeco, Zacharia et Malachia.

Nota secundo, sub hoc idem tempus, quo hi septuaginta iudices Hebraeorum constituti sunt, institutos esse apud Graecos iudices Areopagitas, qui causas tum criminales, tum civiles judicabant: Areopagum enim institutum esse quinto anno ab egressu Hebraeorum ex Aegypto docet Eusebius in Chronico.

Quos tu nosti, quod senes populi sint; ac magistra. Hinc patet, senes hic intelligi non tam aetate quam prudentia et moribus, qui *senes populi sint*, id est, qui à populo graves et sapientes habeantur. Nam alii senes, ipsa aetate, non autem Moysi iudicio et delectu discernendi fuissent, eum canities eorum omnibus esset conspicua. Ita S. Greg. 19 Moral. cap. 15. Adde, parvi interesse an vir quis aetate, an senex; modo moribus sit senex. De hac senectute ait Sap. cap. 4, v. 8: *Senectus venerabilis est, non ditantur, neque annorum numero computata: carni autem sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immutata. E contrario puer dicitur, qui prudentia et vita bona destituitur, id est, qui insipiens est et impius, etiamsi eum sit annorum, de quali dicit Isaias, c. 65, 20: Quoniam puer centum annorum morietur; puer, id est, peccator: posterior enim versus more hebreo priorem explicat. Ita S. Greg. l. 19 Moral. 45.*

Notat Abulensis in hisce septuaginta iudicibus, et aliis quibusvis tria requiri: Primò, prudentiam tum humanam, tum divinam; secundo, iustitiam et rectam conversationem; tertio, gravitatem et reverentiam personae. His adde quarto, fortitudinem et zelum boni communis, ut nec potentes vereantur, aut iis audentur, nec sua, sed reipubl. commoda querant. Grossus, quia dives, putabat se felicem, et quicquid rogaret Solonem, an non idem sentiret, respondit Solon neminem ante mortem felicem esse dicendum: eò quòd opibus ac felicitate spoliari possit. Aegrè hoc accepit Grossus, sicèquè ac indotatum dimisit Solonem. Vidit hoc Aesopus et indoluit, dixitque: *O Solon, cum regibus aut quam minime, aut quam suavissimè colloquendum est. Nequaquam verò, ait Solon, sed vel minime, vel rectissimè. Captus tandem à Cyro Grossus et rogo adjuvatus, exclamavit: O Solon, nunc experior tuam sententiam esse verissimam. Themistocles cum esset praetor, Simonidi Coo potenti aliquid iniquum, respondit: *Neque verò aut tu bonus poeta, si praetor carmen aliquid caneres, aut ipse bonus orator essem, si**

praetoriam quod leges pernuntiant, tibi gratificaver. Pelopidas in bellum domo exiens, uxori ipsam deducens, ac oranti cum lacrymis ut saluti suae consulere: *Privati, ait, o multar, de hoc monendi sunt; magistratum vero gerens, ut suos incolumes praestet: ita referi Pintarchi. In Solonis, Themistocles et Pelopidae vita.*

VERS. 17. — DESCENDAM. Inclinando columnam nubis, in qua quasi auriga et dux dilectio et resideo.

AURIGAM DE SPIRITU TUO, non quasi partem tui spiritus dimittam et auferam, atque in hisce septuaginta transferam, hoc enim impossibile est, maxime in accidentibus et actibus vitalibus; hi enim à subjecto uno in aliud, puta ab animà unà in aliam transferri nequeunt; hoc etiam tibi, o Moses, foret incommodum, aequè ac si solus majori et ingenti spiritu plenus populum regeres: facilius enim mille magno, quam centum parvo et exili spiritu regerent. Sed *auferam*, id est, accipiam et noviter producam aliquid de spiritu tuo, id est, de spiritu qui est in te, ut habent Hebraei et Septuag. aliquid, inquam, non idem numero, sed specie; hoc est, aliquid spiritui tuo simile producam, et dabo illis septuaginta senioribus; ita tamen ut tuus spiritus tibi integer maneat: quia aequè ut prius totus populi cura tibi deinceps incumbet, etiamsi hos tibi dem adfuturos. Sic accipitur, et auferitur lux à lucerna, cum candela in ea accenditur: lux enim candela in lucerna accensa, nil de lucerna luce dimittit, sed potius eam adauget et propagat. Nam spiritus in Mose erat quasi in lucerna, fonte, capite et exemplari, indeque quasi in alios septuaginta derivatus est. Unde Chald. verbi: *Angebo de spiritu qui est super te, et ponam super eos.* Ita Theod. q. 18, et S. Aug. hic q. 18, et lib. 5 de Trinitate cap. 14, qui et addit dicens: *Sic spiritus Eliae requiritur super Elisam, 4 Reg. 2, 15, id est, datus est Elisae spiritus Dei, qui per eum talia operaretur, qualia per Eliam operabatur. Utitur verò Deus hac phrasi elegantiae causà, quasi Deus, sicut partem oneris ab humeris Moysi ablatam, in alios septuaginta dispergit; ita similiter ex spiritu Moysi, ad sustinendum illud onus comparato, aliquid acciperit, similemque spiritui Moysi spiritum in eos disperterit. Porro spiritus hic propheticus intelligitur, ut satis colligitur ex v. 25. Ille enim in industria regendi populi primas tenet. Prophetia enim hic et alibi generalis est, multa quae complectitur, ut dixi 4 Corinth. 14, scilicet, primo, prudentiam regendi; secundo, doctrinam et consilium, ad dubia tam juris et iustitiae, quam caeremoniarum et religionis, aliaque quae libet resolvenda. Tertio, oculorum cognitionem, ad decidenda lites et causas occultas. Quarto, propriè futurorum praenotionem ad ea vel accensenda, vel praevitanda et arcenda à populo. Quintò, Dei laudes et hymnos, uti dicam v. 25.*

VERS. 18. — SANCTIFICAMINI. Id est, ut Chald., praeparamini à mundando videlicet, et lastrando vos ad epulum caeleste, quasi ad divinas sacrasque coturnicum carnes comedendas, quas cras vobis afflabo.

UT DET VOBIS DOMINUS CARNES, scilicet ob gulam, et

murmur vestrum, idèquè dabit ille quidem vobis carnes, sed in vestram perniciem; ita Vatablus et Abul. Estque emallage persona: loquitur enim Deus de se in tertià personà, q. d.: Itaque ego Deus dabo vobis carnes.

VERS. 18 et 20. — ET COMEDATIS, etc., MENSEM DIURNUM, id est, mense integro, seu omnibus mensibus diebus. Ita Vatabl.

VERS. 20. — DONEC EXEAT PER NARES VESTRAS, ET VERTATUR IN NAUSEAM, q. d.: Donec ex nimia voracitate stomachus vester carnes cruciet, naresque vestrae eas efflent, tandemque carnes sint vobis in nauseam et alienationem. Hoc enim propriè significat Hebraeorum *zara*, licet Chald. verbi, *offenditium, Sept. cholertum*; sed hi non tam verbè propriam significationem, quam paraphrasticè sensum, et rem ipsam interpretantur. Docet Ulysses Aldrovandus Ornithol. l. 15, cap. 22, coturnices, praesertim pinguios, si sepius et largitus comedantur, generare sanguinem putredinem, atque crassos, pituitosos et viscosos humores, qui nati sunt epilepsiam, tetanum, similesque morbos procreare. Hinc Hebraei lites se ingurgitantibus nauseam, aliosque morbos pepererunt. Ita et Hieron. Frascatorius l. 2 de Morbo Gall., cum ait:

Viteaque gravi coturnicè tarda sagina.
Veteres coturnices à mensis removebant, quòd veneno alantur, putrescentem se pariter veneno inficiendos, si eas ederent. Sed hoc refellit Aldrovandus; ubi et refutat sententiam Galeni et Plinii dicentium se multos observasse, qui ex coturnicum esu musculorum distensionibus et spasmo corripentur, quoniam veratrum, inquit, rescitur aves istae. Est hoc singulare remedium ad adversandam libidinem, gulam et crapulam, si quis intueatur sordes, phlegmata, vomitus, nauseam, et cetera quae ex ea sequuntur. Ita in Vitis Patr. l. 5, tit. 5, n. 22, fecit eremita ille, qui tentans spiritu fornicationis circa certam feminam, ubi eam mortuam audivit, aulit et aperuit sepulcrum ejus, atque pallio suo detersit saniem putrefacti cadaveris; mox rediens in eremum, ingruente foetida suggestione, foetorem illius infecti pallii intuitus est, dicens: *Ecco habes quod quarebas, servate ex eo.* Et ita hoc foetido panno cruciatus se, donec recederet ista libidiosa cogitatio. Si enim corpus gulosum his sordibus puniretur, quibus puniretur glosa anima? Rectè ergo dixit S. Aug. apud Possidon. in Vita ejus, c. 22: *Non ego immunditiam obsequi timo, sed immunditiam cupiditatis.*

Hinc in Vitis Patr. l. 5, n. 25, monacho cuidam, qui carnalem tentationem labore et jejuniis superaverat, et specie Aethiopsae turpis et foetidae, ita ut foetorem ejus ferre non posset; porro Aethiopsia haec dicebat ei: *Ego sum qui in cordibus hominum dulcis appareo, sed propter obedientiam tuam, et laborem quem sustines, non permittis Deus seducere te, sed innoti tibi factorum meum.*

Ita B. Jacobus orexi bubule carnis tentatus eam comparavit, ac in cubiculo servavit, donec putresceret, et horrendè fetore per totum ambulaerum, quam

illo deinde olfaciebat, et quasi rem odoratissimam laesiabatur. Ob hunc factorem excitatum, à superiore in locum festentissimum est dejectus, ubi Deo assidue gratias agebat. Apparuit ei Christus eum consolans, dicensque: *Posce quod optas, et impetrabis*, tum ille: *Peto, Domine, ut me in locum isto longè fastidiosum conicias, ut tibi eo mea exipiam peccata: nam hic mihi nimis tolerabilis est*. Mox Christus insolentiam eum perferdit consolatione, eique gratiam dedit, ut deinceps omnibus malis, aerumnis et tormentis hujus vite esset superior; atque in assidua quasi Dei contemplatione delixus, et quasi raptus existeret. Idem initio ut gulam domaret, absinthio, quasi sale, ad cibos utchatur, eosque inficiebat, donec eò perveniret, ut saporem cibi in unum Deum referret, ita ut tandem nihil, nisi Deus, illi saperet.

EO QUOD REPUERERIT DOMINUM, eò quòd manna, utpote ingens Domini donum, repulstis, et quia liberationis, quà Dominus ex Ægypto vos eduxit, vos pœnitet.

VERS. 21. — SEXCENTA MILLIA FEDITUM HUIUS POPULI SUNT. *Peditum*, scilicet armatorum Hebræorum: nam feminarum, puerorum, servorum et Ægyptiorum numerus facitè excresecbat ad trigies centena millia.

VERS. 25. — NUMQUID MANUS (id est, potestas) DOMINI INVALIDA EST? Deus hic per omnipotentiam suam oppositionem, respondet dubitationi Mosis. Ipse enim perturbatus, motus quosdam dubitationis et diffidentiam in Deum ostendit, licet ob perturbationem et inconsiderationem non graviter peccarit. S. Aug. tamen putat, Mosen non de re promissâ, sed de ejus excoquendo modo tantum dubitasse, uti dubitavit et B. Virgo dicens: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*

VERS. 25. — PROPHETAVERUNT. QUÆRES, quid et quomodo? — Respondent Rabbinii, hos septuaginta seniores prophetasse de morte Mosis in deserto, et de successione Josue in principatu populi; id conjunctum ex eo quòd Josue dixit Mose: *Prohibe eos*. Sed hæc sunt eorum commenta, imò figmenta.

Alii verisimiliter respondent eos prophetasse aliquid de eo quod pertinebat ad gubernationem populi. Tertio et optimè, Abul.: Prophetabant, inquit, id est, ex Dei instinctu Deum Deique laudes celebrabant. Sic enim Saul dicitur prophetasse, cum quasi enthusiasmo actus Dei laudes cecinit, 1 Reg. 10. Sic et cantores atque psalmista vocantur Prophetae, dicunturque prophetae in citharis, psalteris et cymbalis, 1 Paral. 16; hic enim spiritus signum erat et pars prophetiae generalis, de qua dixi v. 17.

NEC ULTRA CESSAVERUNT. Pro cessaverunt Hebr. *insaphu*, id est, addiderunt; ita Sept., Theod. hic q. 20, et Vatabl.; unde sequitur hos septuaginta illo die tantum prophetasse non ultra. Verum noster interpretes, et Chald. aliis pœnitens legerunt *iaspu*, id est, defecerunt, cessaverunt, à rad. *soph*, vel *asaph*, id est, finivit, defecit, cessavit. Idque verius est: nam hoc spiritus (licet non quoad Dei laudes et cantum, tamen quoad alias ejus partes, de quibus dixi v. 17) continuo

indigebant hi septuaginta ad regimen, et ad lites populi decidendas. Semper ergo habuerunt spiritum propheticum, quasi in habitu sibi paratum, et assidentem; licet actu non semper prophetarent, sed tunc tantum, cum questionibus populi respondere debebant. Tunc enim Deus eis interitus loquebatur, et inspirabat quid dicendum vel agendum esset, perinde ut inspirabat Prophetas ea quæ dicere vel agere debebant.

VERS. 27. — ELDAI ET MEDAI PROPHEANT IN CASTRIS. Fabulantur Judæi hos duos fuisse fratres Mosis, ex eodem patre scilicet Amram, sed ex aliâ matre. Amram enim post datam legem Levit. 18, 12, repudiâsse Jochabeh, uxorem suam, utpote amatam suam, tuncque aliam duxisse, ex eaque genuisse Eldad et Medad. Nam ut alia taceam, quæ hic congerit Abul., si id esset verum, Eldad et Medad fuissent hoc tempore infantes unius anni; quomodo ergo prophetassent? nam lex illa Lev. 18 data est hoc eodem anno, qui fuit secundus ab egressu ex Ægypto.

Nota *in castris*: alii enim sexaginta octo prophetabant presente Mose in tabernaculo, idque videbat Josue: unde eis non invidit, quia videbat Mose volente et agente eos prophetare, nec per eos aliquid Mosis honori decedere, utpote qui Mosis conjuncti et subjecti, ab eo hunc spiritum acciperent: alii vero duo in castris prophetantes, à Mose erant disjuncti, eoque absente et inscio, saltem uti putabat Josue, prophetabant: unde timebat Josue ne auctoritas et gloria Mosis officeret; ita Abul. Extabat olim liber oraculorum Eldad et Medad, ex quo Hermas, Pauli discipulus, in 1 libro qui dicitur Pastor. c. 2, hæc habet: *Propè est Dominus his, qui se ad eum convertunt, sicut scriptum est in Eldad et Medad, qui vaticinati sunt in solitudine populo.*

VERS. 28. — STATIM JOSUE FILIUS NUN, MINISTER MOysi, ET ELECTI E PLURIBUS. Licet enim Moses plures haberet famulos, nullum tamen fideliorum, familiariorum, magisque strenuum habebat, quàm Josue, unde et eum sibi successorem designavit.

AIT: DOMINE MI MOYSES, PROHIBE EOS. Emulatione aliquâ, vel invidia dixit hoc Josue, timens scilicet, ne Mosis gloria et auctoritas minueretur, si alii etiam aequè ut Moses prophetarent, maxime in castris, nescio vel invito Mose, uti putabat Josue. Venialis tamen fuit hæc culpa: quia non suam, sed Mosis dignitatem et domini sui spectabat gloriam, et populi bonum. Patent hæc ex responsione Mosis. Chald. verit: *Mitte eos in carcerem, et ita ex Hebræo verti potest.*

VERS. 29. — AT ILLE: QUID, INQUIT, EMULANS PRO ME? QUIS TRIBUAT UT OMNIS POPULUS PROPHETET. Hunc spiritum charitatis imitentur omnes prelati, doctores, concionatores, qui non suam, sed Dei unius gloriam querunt, petuntque quod Martha petit à Christo: *Dis sorori, ut adjuvet me.*

Hic liberalis et regis est animus, qui suos honores cum amicis communicat; ita Alexander, cum Darii uxor captiva salutasset Hephæstionem pro Alexandro, illaque cognito errore pudefieret, dixit: *Non errasti,*

et ipse Alexander est. Rursùm Mazæi, cujus apud Darium summa fuerat gratia, filio Satrapia prefecto alteram adject ampliore. At ille recusans, ait: *Tunc, ô rex, unus erat Darius: nunc tu multos effecisti Alexandros.* Ita Plutarch. in Alexandro.

VERS. 30. — REVERESQUE EST MOYSES IN CASTRA, scilicet ex tabernaculo, quod erat in medio castrorum ad ipsa circumjacentia populi castra egressus est.

VERS. 31. — VENTUS AUTEM EGREDIENS A DOMINO, q. d.: Ventus à Domino recenter, præter naturæ ordinem, productus afflavit coturnices. Similis phrasid est Gen. 1, v. 2; Exodi 10, 19. Fuit hæc alia missio coturnicum ab eâ de qua Exodi 16, v. 45. Illa enim paulò post egressum ex Ægypto, primo anno contigit in octavâ mansione, quæ fuit in Sin: hæc verò contigit secundo anno, in decimâ tertâ mansione, quæ fuit in Sepulchris concupiscentiæ.

ARREPTANS TRANS MARE (Rubrum, quod jam transierant) COTURNICES DETULIT. Unde Psal. 77, 26, ventus hic afflans coturnices dicitur fuisse Africus, sive Libycus, qui partim occidentalis, partim meridionalis est: nam mare Rubrum tali situ respiciebat desertum. Unde et Joseph has coturnices, non ex Ortygiis insulis, utpote quæ longè aberant (erant enim sitæ in Græciâ), sed ex sinu Arabico, qui isabundat, afflatisserit. Hic ergo ventus non tam naturalis fuit, quàm miraculosus, et opus potentie Dei. Nam Plinius l. 10, 25, asserit coturnices naturaliter volare flante, non austro, utpote humido et graviori, sed aquilone.

Nota. hic ventus, et consequenter hæc coturnices afflatæ sunt ab angelis, vel potius angelis pluribus: imò Abul. putat singulos coturnices à singulis angelis esse adductas. Nam unus angelus, inquit, non poterat virtutem suam impulsivam extendere per multas, eò quòd essent discontinue. Verùm hoc est falsum: sic enim multa millia, imò milliones angelorum occupari debuissent in hæc coturnicum adductione. Idem ergo angelus poterat multas adducere, videlicet omnes quæ erant intra sphaeram suæ activitatis, esto essent discontinue. Si enim homines simul movere possunt plura, quæ sunt discontinue, ergo multò magis angeli.

COTURNICES. Sept. vertunt *ortygetram*, ita verit et noster interpres Sapient. 16, v. 2; licet enim Ulyses Aldrovandus *ortygetram* à coturnice distinguat, tamen Scriptura pro eodem hic et alibi accipit.

Quæres cur coturnices vocantur *ortygetrae*? Primò, Isidorus lib. 12 Etymol. 7, et Abul. hanc dant causam, quòd hæc avis primùm sit visa in insulis Ortygiis; hinc dici *ὄρτυγες*; sed cur dicitur *ortygetra*? Secundò, Jansenius, in Sap. c. 16, respondet *ortygetram* dici ducem coturnicum, quasi *ἄρτυρον ὄρτυγας*, eò quòd metron, id est, mensura et moderatrix sit coturnicum; verum *ἄρτυρον* per *epsilon*, *ὄρτυγες* per *eta* scribitur. Tertio ergo et genuinè *ortygetra* dicitur quasi *ὄρτυγας*, id est, coturnicum, *ἄρτυρον*, id est, mater, vel *ἄρτυρα*, id est, matrix, unde et Aristot. l. 8 Hist. anim. eam absolutè *ἄρτυρον* vocat. Est enim *ortygetra* ipse rex coturnicum, qui aliis coturnicibus major et nigrior cæteris preit, quem

ipse sequuntur ut ducem, non aliter quàm apes suum regem. Sub duce ergo totum exercitum coturnicum accipit; ubi enim est dux, ibi est exercitus: unde Isidorus: *Ortygetra*, ait, est coturnix quæ gregem ducit, et Plinius eam coturnicum ducem vocat: unde et vulgò galleicè eam vocamus, *Roi* ou *mère des caillies*. Quartò, Hesychius in Lexico, et Petr. Nannius in Sap. c. 16: video, inquit, illud *ἄρτυρον* adjungi quibusdam animalibus, quomodo grandiora in eo genere designantur, ut echinometra est echinus grandior et spinosior, de quo Plinius l. 9, c. 21; leonimetra est leo grandior, de quo Gesnerus in leone; sic *ortygetra* est coturnix major. Satis enim est verisimile coturnices hæc miraculosas, quasi Deus opus, fuisse aliis majores et excellentiores. Verùm sic potius vocarentur *ortygetrae* in plurali, jam autem vocatur *ortygetra* in singulari: quare tertia explicatio jam data verior est et solidior.

Quæres secundo cur Deus Hebræis potentibus carnes, potius coturnices dedit quàm columbas, aves, an seres, etc. — Respondeo primò: Quia coturnices in copiâ ad manum erant. Abundant enim in sinu Arabico, qui Hebræis vicinus erat, teste Josepho. Secundò, quia coturnicum carum excellens et delicata est, persertim eo loco: Deum autem decet dare excellentia. Ita Abuleusius.

Addit Galenus et Aldrovandus coturnices epilepsie mederi, idèquæ Herculeum coturnices secum vexisse, quomocumque iter faceret, ut per eas epilepsie suæ mederetur: unde Poeta:

Servavit Herculeum coturnix strenuum.

Mysticè S. Cyrill. l. 5 in Joan. cap. 34, docet coturnices denotasse legem veterem: *Nunquam enim, inquit, avis hæc volatu effertur, sed propè terram semper volat. Nam et disciplina legis terrestris quodammodo est, animalium oblationes, et purificationes continentis Judæicæ, quibus illi non nullum à terrâ levabantur.*

Rursùm Beda in cap. 25 Exodi, per coturnices intelligit predicationes divinitus missas, quæ transcurrunt per verba sonantia, quasi per aera volatilia penata, quibus per fenum pascentur hi qui ad patriam regni coelestis pervenire contendunt. Atque subjungit: *Potest, ait, et volucrum esca significare legis eloquia, quæ plebem carnalem tanquam carne aliebat, per verba divinitus missa quasi volatilia.*

Tropologicè, coturnicum ex aliâ regione in aliam migratio, significat eos qui se hic estimant peregrinos, et toto corde ad cœlum suspirant. Illæ enim gregatim volant et ducem eligunt itineris; hi simul degere gaudent, et ducem unum sequuntur. Illæ austrum vitant, et aquilonem querunt: hi carnales hujus mundi prosperitates fugiunt, abstinentiam et penitentiam sectantur. Illæ duce gregis ab accipitre occiso, alieni generis alium sibi in ducem adoptant; hi Adamò parente et duce à diabolo subiecto et occiso, duceca alterius generis et naturæ, scilicet Christum, eligunt et sequuntur. Ita Aldrovandus Ornithologie l. 15, c. 22.

DEMISIT IN CASTRA, decidere fecit in castra circumcirca, per spatium unius diætae.

Notat Abulensis, non tantum impios murmuratores, sed etiam viros justos ex hisce coturnicibus comedisse. Erat enim hoc die beneficium generale omnibus, et vel maxime iustis datum ad fruendum. Totus enim populus ex hisce coturnicibus comedit: neque eas comedendo ulli (etiamsi ante murmurasset) peccarunt, nisi forte gulosos eas comedendo, sed tantum peccarunt murmurando, et murmuratioe eas flagitando. Idem fuit in manna, quod pariter ob murmuratum datum est: illud tamen postea omnes licite comederunt per 40 annos, Exodi 16; nam, ut ait Abulensis, populus quidem peccavit, per murmur petendo manna et carnes; causa tamen ea à Deo impetrandi, non fuit peccatum (peccatum enim murmuris huius rei non causa fuit, sed tantum occasio), sed bonitas Dei et bonitas quorundam iustorum non murmurantium, nec petentium escas, quibus Deus voluit compati, et liberaliter benefecere. Unde Rabanus ait: *Carnalis populus Iudaeorum spreto caelesti cibo carnes desideravit, sed Deus ita iudicium contempnivit, ut puniret malos, nec fragilibus alimoniam denegaret.*

VERS. 32.—CONGREGAVIT COTURNICUM MULTITUDINEM; QUI PARUM, DECEM COROS. Corus continebat 30 modios, sive mensuras olim communes: 40 ergo cori faciebant 500 modios Romanos; quisque enim collegit tantum quantum ad mensam victui sufficeret; iam si quisque tantum collegit, cogita quam immensa fuerit coturnicum multitudo: nam colligentes eas erant facile duo miliones hominum. Demus enim in epulobet modio fuisse tantum viginti coturnices, perinde ac modius continet 20 libras frumenti: hinc sequitur quod quisque colligans 500 modios, collegit sex milia coturnicum; ac consequenter quod unus hominum milio collegit sex milia millionum, duo verò miliones hominum collegit duodecim milia millionum coturnicum. Ecce quam dives in misericordia, et liberalis in beneficiis suis est Deus; tales simus et nos in elemosynis. Deus enim hic Iudaeorum non tantum fami et gula, sed et oculis avaritiaeque abundè satisfacere volens, tantam copiam coturnicum eis misit, quae non tantum ad mensam, uti promiserat Moses v. 20, sed et ad multos menses sufficere posset. Divide enim sex milia coturnicum per dies, tribuendo cuique diei 25 coturnices (qui enim plures vorare uno die?) invenies sex milia coturnicum sufficisse cuique ad victum per 240 dies, qui faciunt menses octo. Si enim uno mense absumpissent sex milia, quolibet die vorare debuissent quisque ducentas coturnices, quot ne Polyphemus quidem vorare potuisset. Mensam ergo statuit esui eorum v. 20, quia mense exacto staturat hanc carnam gulam et murmur castigare, et morte punire.

ET SICCAVERUNT EAS. Hebr., *expandendo expandunt eas per gyrum*, scilicet siccandi causa, ut eas asservarent in futurum, ne putrescerent: nam per mensam integrum eas comederunt.

VERS. 35.—ADUC CARNES ERANT IN DENTIBUS EORUM, NEC DEFECERAT REUSMODI CIBUS, ET ECCE FEROR DOMINI CONCITATUS IN POPULUM, PERCUSSTUS ET

PLAGA MAGNA NIMIS, q. d.: Continuo vescabantur Hebraei carnibus, nec deficiebant, videlicet ad-mensem integrum, ut promiserat Dominus v. 20; voluit enim Deus prius prestare promissum suum, quam punire murmuratores; quos denum in fine mensae, carnibus etiam tunc dentibus suis inherentes, punivit plaga lethifera. Hinc videtur plerisque murmurantes gulosè comedisse has coturnices, Deumque tam gulam quam murmur eorum punivisse morte.

PLAGA MAGNA NIMIS. Fuit haec plaga ignis: qui deinde precibus Moysi repressus et absorptus est, uti dictum est vers. 3. Illa enim ad hunc vers. referenda esse, ibidem ostendi; plaga haec non tetigit iustos, sed solos murmurantes.

VERS. 34. VOCATUSQUE EST ILLE LOCUS, SEPULCRA CONSCIPSCENTIAE: IBI ENIM SEPELIERUNT POPULUM, QUI DESIDERAVERAT CARNES. Visant saepe haec Sepulcra concupiscentiae gulosi, et maxime ebriosi, qui uti rationem, ita et animam et corpus vino sepelint: quorum proinde anima cum divite epulone mox sepelietur in inferno; caro verò ita saginata sepelietur in ventre vermium et bubonum. Audiant illud Plutarchi: *In victu luxuria mortis supplicio castigatur.* Legant crebrò epitaphium Sardanapali, iam sepulit et putidi:

*Haec habeo quae edii, quaeque exsatiata libido
Hansit: opes et quae quondam me cuncta beabant,
Non sunt, sum cinis.*

Hic est ergo concupiscentiae fructus, ut scilicet, sicut ait Apost. 1 Timoth. 6, 9, mergat homines in interitum et perditionem. Quare rectè monet S. Petrus Ep. 2, c. 4, 4, fugere concupiscentiae, quae in mundo est, corruptionem; et Eccl. 18, v. 50: *Si praestes, inquit, anime tuae concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis.*

Carotus Magnus Imper. ebriosum jussit mergeri, quia, inquit, hic vini perditur meretur, non vino, sed aqua sepeliri; ut qui vino se mersit, aqua mergatur, et aqua sitim suam expleat. Alexander Magnus viro se sepelivit, et occidit: cum enim poculum ingens (duos congios capiebat) à Protea homine bibacissimo propinatam bis exhausisset, concidit, decubuit, interit; testis est Athen. l. 10, c. 11. Ita gula Israelitas in cultu Beelphegor repentinà morte multavit, Num. 25; gula ab Esau jus primogeniturae in Jacob transtulit, Genes. 25; gula Ela gladio Zambriferi interficendum objecit, 3 Reg. 16, 9; gula per Judith caput Holofernis abscedit; gula Simonem Machabeum cum filiis in convivio occidit, 1 Machab. 16. Denique Balthasar viro sepultus vidit manum conscribentem mortis et exidii sententiam: *mane, tekel, phares*; eademque nocte regno et vitâ spoliatus est, Daniel. 5, 25.

Nota. Josephus haec subiectae, atque aliter narrat, uti et alias saepe: quia scribit gentilibus quibus suam gentem vel religionem commendare capit. Unde ea quae gentem et religionem Iudaeorum gentibus viliem et contemptibilem efficere poterant, vel praeferit, vel palliat et colorat, ut rectè advertit Abulensis hic q. ult.

VEREBUNT IN HASEROTH. Haec est decima quarta mansio Hebraeorum in deserto.

CAPUT XII.

CHAPITRE XII.

1. Locutaque est Maria et Aaron contra Moysen propter uxorem ejus Aethiopiissam,
2. Et dixerunt: Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne et nobis similiter est locutus? Quod cum audisset Dominus
3. (Erat enim Moyses vir mississimus super omnes homines qui morabantur in terra),
4. Statim locutus est ad eum, et ad Aaron, et Mariam: Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum foderis. Cùmque fuissent egressi,
5. Descendit Dominus in columnâ nubis, et stetit in introitu tabernaculi, vocans Aaron et Mariam. Qui cum essent,
6. Dixit ad eos: Audite sermones meos: Si quis fuerit inter vos propheta Dominum, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum.
7. At non talis servus meus Moyses, qui in omnidomo meâ fidelissimus est;
8. Ore enim ad os loquor ei: et palam, et non per aenigmata et figuras hominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere servo meo Moysi?
9. Iratusque contra eos, abiit
10. Nobis quoque recessit quae erat super tabernaculum: et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. Cùmque respexisset eam Aaron, et vidisset persufusam lepra,
11. Ait ad Moysen: Obsecro, domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè commisimus,
12. Ne fiat haec quasi mortua, et ut abortivum quod projectum de vulvâ matris suae: ecce iam medium carnis ejus devoratum est à lepra.
13. Clamavitque Moyses ad Dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam.
14. Cui respondit Dominus: Si pater ejus spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separaretur septem diebus extra castra, et postea revocabitur.
15. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus: et populus non est motus de loco illo, donec revocata est Maria.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—LOCUTAQUE EST MARIA ET AARON CONTRA MOYSEN, PROPTER UXOREM EJUS AETHIOPISAM. Querens, quanam haec Aethiopiassa? Josephus lib. 2 Antiq. 10, et ex eo Euseb., Isidorus, et alii narrat Moysen, cum adhuc in paternâ Pharaonis domo ageret, gessisse bellum pro Aegyptiis contra Aethiopes, eosque subjugasse proditione Tharbis, filiae regis Aethiopiae, quam proinde Moysen uxorem duxerit, et hanc esse Aethiopiissam. Verùm hujus belli et victoriae sequè ac uxoris Moysi, non meminit Script., sed solius Sephore. Dico ergo Sephoram hic vocari Aethiopiissam, quia erat Madianitis. Madianite enim in Scripturâ vocantur Aethiopes, ut patet Habacuc 5, v. 7; et 2 Paral. 14, r. 10, 12. Duplex enim in Scripturâ est Aethiopia, scilicet una occidentalis ultra Aegyptum, puta Abyssia, ibi modo regnat Preto-Joannes, quae sola jam vocatur Aethiopia; altera orientalis, quae est Arabia, in

1. Alors Marie et Aaron parlèrent contre Moïse à cause de sa femme, qui était Ethiopienne, et qui se glorifiait des faveurs que Dieu faisait à son mari.
2. Et ils dirent: Le Seigneur n'a-t-il parlé que par le seul Moïse? Ne nous a-t-il pas aussi parlé comme à lui? Ce que le Seigneur ayant entendu, il se mit en colère.
3. (Parce que Moïse était de tous les hommes le plus doux qui fut sur la terre, et qui donnait moins lieu de murmurer contre lui.)
4. Il parla aussitôt à Moïse, à Aaron et à Marie, et leur dit: Allez vous trois seulement au tabernacle de l'alliance. Et lorsqu'ils y furent allés,
5. Le Seigneur descendit dans la colonne de nuée, et se tenant à l'entrée du tabernacle, il appela Aaron et Marie qui s'en tenaient éloignés. Ils s'avancèrent,
6. Et il leur dit: Ecoutez mes paroles: S'il se trouve parmi vous un prophète du Seigneur, je lui apparaitrai en vision, ou je lui parlerai en songe.
7. Mais il n'en est pas ainsi de Moïse, qui est mon serviteur très-fidèle dans toute ma maison.
8. Car je lui parle bouche à bouche, et il voit le Seigneur clairement, et non sous des énigmes et sous des figures. Pourquoi donc n'avez-vous pas craint de parler contre mon serviteur Moïse, que vous voyez qui m'est si cher?
9. Il entra ensuite en colère contre eux, et s'en alla.
10. La nuée se retira en même temps de l'entrée du tabernacle, et Marie parut aussitôt toute blanche de lepre comme de la neige. Aaron ayant jeté les yeux sur elle, et la voyant toute couverte de lepre.
11. Dit à Moïse: Seigneur, je vous conjure de ne pas nous imputer ce péché que nous avons commis follement.
12. Et que celle-ci ne devienne pas comme morte, et comme un fruit avorté qu'on jette hors du sein de sa mère. Vous voyez que la lepre lui a déjà mangé la moitié du corps.
13. Alors Moïse cria au Seigneur, et lui dit: Mon Dieu, guérissez-la, je vous prie.
14. Le Seigneur lui répondit: Si son père lui avait craché au visage par mépris, ou pour la punir de quelque faute qui elle aurait commise contre lui, n'aurait-elle pas dû demeurer au moins pendant sept jours couverte de honte, sans se présenter devant son père? Qu'elle soit donc aussi séparée hors du camp pendant sept jours, comme doivent l'être les lépreux; et après cela, on la fera revenir.
15. Marie fut donc chassée hors du camp pendant sept jours; et le peuple ne sortit point de ce lieu, jusqu'à ce que Marie fut rappelée dans le camp.

quae habitabant Ismaelite, Amalceite, Madianite, etc.; hi ergo vocantur Aethiopes. Ita S. August. hic q. 20, Theod. q. 22, Raban., Rupert., Lyran., Abul., Eugub., Vatabl., et Oleaster. In hoc conjugio Moysen cum Aethiopiassa, figurabatur allegoricè conjugium Christi cum Ecclesia gentium; tropol. conjugium Verbi cum anima peccatrice, inquit S. Bern. ser. 59 in Cantica.

Querens secundò cur contra Moysen ob Sephoram insurrexerit Maria et Aaron? Verisimile est quod ait Abulensis, Sephoram more muliebri (hic enim sexus, cum sit imbecillis ingenii et iudicii, ambitiosus est, et sui honoris studiosus) voluisse se praefere Mariae, eò quod uxor esset Moysi, Moseneque suum, quasi populi duxem verbis extulisse, ac prapossuisse Mariae et Aaroni. Quare primum concitata Maria, deinde Aaron, se erigere coeperunt, volentes se non tantum Sephore, sed et Mosi equare, ja-

citando se tam nobiles esse Prophetas quam erat Moses. Ita esse colligitur tum ex v. seq., tum ex v. 6, ubi Deus hanc munitur causam indicat et praescindit, docetque eos in ambitione sua falli; eò quòd Moses praestantissimus, fidelissimus, Deoque familiarissimus sit Propheta, cui nec quis alius comparari possit.

Nota. In hoc murmure maximè peccavit Maria, utpote mulier Sephoræ æmula, videturque ipsa conticisse Aaronem contra Sephoram et Moysen, unde et ipsa sola punita est lepra, non Aaron. Addit Abul. Aaronem non esse percussum leprâ, eò quòd esset pontifex, in quo summa requirebatur munditia, auctoritas et reverentia. Gravis enim infamia fuisset in cultu Dei, si ejus pontifex Aaron fuisset aliquando leprosus. Discent hic principes et praelati, à suis praefectis et parochis arcere omnem infamiam, nec eos qui aliquando infamia laborarunt, etiã jam se emendârunt, promovere et proficere populo; hic enim ob praeteritam infamiam tales contemnet, imò ridebit.

Alleg. S. Ambr. l. 10, Ep. 82: *Ad typum, ait, Synagoga hæc Mariae admirumuratio pertinet, quæ Ethio-pissa, id est, Ecclesia ex gentibus congreganda sacramentum ignorans, quotidiano immurmurat convito, et invidet ei plebi, cujus fide et ipsa exuret à perfidiæ suæ leprâ, in fine sæculi.* Ita et S. Prosper p. 2 de Predict. c. 9, Rupert. et S. Hieron. ad Fabiol. in mansione 14. Ubi nota ex S. Hier. hoc murmur contigisse, et hanc lepram indictam esse Mariæ in decimâ quartâ mansione, patet in Haseroth, ut patet ex cap. præced. vers. ultimo.

VERS. 5. — ERAT ENIM MOYSES VIA MITISSIMUS SUPER OMNES HOMINES, QUI MORABANTUR IN TERRA, q. d.: Quia Moses erat mitissimus hominum istius ætatis, hinc Mariæ et Aaroni sibi obtractantibus et jurgantibus non respondit, ideoque Deus eum tuendam suscepit, et pro eo respondit.

Nota. Moses pro sorore detractrice, rogata Aaronis, orans et deprecans, in veteri Testamento fuit mitissimus: sed in novo mitior eo fuit S. Stephanus, ait Abulensis, qui pro suis etiam lapidatoribus, et Saulo, nemine rogante, oravit; unde et Paulum Ecclesiæ impetravit, et ex Saulo Paulum effecit. Quia et hæc mansuetudine, Moses meruit colloquium et familiaritatem quasi continentium cum Deo. Audi S. Dion. Ep. 8 ad Demophilum: *Hebræorum tradit historia, Moysen extrinsece mansuetudinis merito divinâ amicitia et familiaritate dignatum; ac si quod ipsum divino aspectu excidisse commemorat, non id ei prorsquam à mansuetudine defecerit contigisse describit. Erat enim, inquit, mansuetus valde, atque ideo Dei famulus dicitur, digniorque Prophetis omnibus, cui Deus visionis suæ gratiam largiretur.*

Vide quid apud Deum impetret mansuetudo: vide quanta sit virtus, vide quam sit magnanima. Rectè Seneca in sapiente: *Affectum, ait, doloris movet humilitas animi contrahentis se ob factum dictumque inhonorificum: sapiens autem à nullo contemnitur, magnitudinem suam novit. Fructus contumeliosus est in indignatione, et in sensu valentis; et lib. de Ira: Invalidum omne naturâ*

querulum est: nec quidquam magnum, nisi quod simul et placidum.

Nimirum hæc æquanimitas, et mansuetudo in tolerandis injuriis, Christiani et verè sapientis ac magni animi est indicium. Audi rursum Senecam in lib. de Ira: *M. Catonem in balneo quidam percussit imprudens: postea satisfaciens Cato: Non memini, inquit, percussum me, melius putavi non agnoscere quam ignoscere. Magni animi est injurias despiciere: pusilli hominis et miseri est repetere mordentem, ut mures et formicæ, ad quas si manum admoveris, ora convertunt, imbecilla se læti putant, si tanguntur. Et in Consolat. ad Helviam: Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides; cui quisquis occurrebat, ingemiscebat, non tanquam in hominem justum, sed tanquam in ipsam justitiam animadverteret. Inventus est tamen qui in ejus faciem spueret: at ille abstersit faciem, et subridens ait comitantis se magistratum: Admonere istum, ne postea tam improbè oscitet. De Julio Cesare dixit Cicero: Quod nihil oblivisci soleret, nisi injurias, uti refert S. Aug. Ep. 5. ad Marcellinum. Audi S. Basilium hom. de legendis Libris gentilium: Homo quidam in foro Periclem probris omnibus incessabat, is autem minime curare visus, toto die sustinuit: deinde vespere jam discidentem cum lumine comitatus est. Rursus quidam Euclidem mortem se illaturum juravit, ille verò contra juravit se patienter eum laturum, et ei quantum infesto se conciliatum iri. Quidam vehementi impetu Socratis faciem cecidit: Socrates nihil commotus, aliud non fecit, quam quòd proprie fronti inscripserit: Talis fecit, uti statuae nomen auctoris inscribitur. Aristoteles, teste Eliano, Alexandro Magno, nuper iracundo, consilium dedit ut omnibus se exteriorum æstimationum maledicta contemneret. Hæc fecerunt gentiles, quid facient Christiani? Verùm hæc omnibus longè sublimior, purior, fortior et constantior fuit mansuetudo Moysi, per 40 annos populum tam rebellem tolerantis. Fidelium exempla aliqua mox subtexam.*

Scriptis hæc de se laudem Moyses tanquam calamus Spiritus sancti ad hoc scribendum impellentis: sicut S. Joannes de se scripsit, quòd erat discipulus quem diligebat Jesus. Secundo et veridius, videntur hæc post Moysen, illi ab aliquo alio scriptore hagiographo, qui hæc ejus diaria digessit, esse addita et intexta, uti dixi in præmio Genesios.

Moraliter, Orig. Est, ait, quedam familia mitium, cui præest Moyses; quedam patientium, cui præest Job; quedam continentium, cui præest Daniel; et nusquisque in morte congregabitur ad familiam suam; mitis cum mitibus, virgo cum virginibus, iracundus cum iracundis, luxuriosus cum luxuriosis, juxta id quòd dicitur Levit. 25, v. 10: *Unusquisque redibit ad familiam pristinam, quia jubilavit eius. Rursum propria Sanctorum virtus est mansuetudo: Reati mites, quoniam ipsi possidebant terram. Audi Sapientem Eccl. 5, v. 19: Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super gloriam hominem diligere. Audi Christum: Discite à me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem. Sanctus ille senior apud Cassianum, exagitatius*

ab infidelibus Alexandrinis, rogatus eoque mira Christus supra naturam fecisset: *Hæc, inquit, quòd ego conviciis et injuriis eestris excessibus, ad indignationem novè moveat. Alter in Vitis Patrum hanc discipulo suo disciplinam, et vitam ad perfectionem præscripsit: primo, ut toto triennio aliorum onera ferret; secundo, ut altero triennio dare mercedem iis à quibus contumeliis et conviciis appetteret. Fecit ille imperata: tum senior: Adesdum ergo, ut experiar quid proferaris. Ductus Athenas, cum ad portam contumeliis incesseretur, cepit ridere juvenis. Miratus alter: Quid hoc rei, inquit, quòd à me irrisus, et sannis explosus rideas? Non rideam? inquit discipulus; tres annos mercedem solvi iis qui me maledictis onerârunt; hodiè gratis id abs te patior. Attonitus Atheniensis: Ingredere, inquit, urbem; dignus es coetu sapientum. Tertius: Doce me, Pater, inquit, unum aliquid quòd custodiam, ut potiar caelo. Potesse, inquit senior, convicia pati? perinde quasi caput salutis in miti tolerantia contempit et despicientia consisteret, idque meritò, cum Christus dicit: *In patientia vestrà possidebitis animas vestras.* Quarta, S. Amma in monasterio virginum quasi stulta, risibus et ludibriis omnium exposita, cum id mansuetè et hilariter ferret, à S. Pitirone Dei instinctu declarata esse totius monasterii sapientissima, æque ac sanctissima, uti refert Palladius in Lausiacâ c. 42. Quintus, abbas Pimenius in Vitis Patrum lib. 7, c. 57: *Injuriam, ait, ferre, nec paria respondere, est animam ponere pro proximo.* Sextus, abbas Macarius ibidem: *Culpa, ait, est monachi, si læsus à fratribus, primus in charitate purgato corde non occurrat. Sicut enim Svanumitis suscepit Eliseum, quia cum nullo causam habebat, ita anima quieta recipit Spiritum sanctum, si cum nullo litem aut offensam serret.* Septimus, abbas Joannes, ibid. l. 6, c. 4, n. 12. *Porta cæli, ait, est injuriarum perpeccio, et patres nostri per multas injurias in ed gratulantes ingressi sunt.* Octavus, senex alius rogatus à discipulo: *Da mihi, pater, unam rem quam custodiam, et salvet per eam. Resp. Si poteris injuriari et affici conviciis, et portare ac tacere, magna est res hæc, et super alia mandata.* Ibidem l. 3, n. 85. Nonus, abbas Antonius fratrem ab illis laudatum tentavit, et reperit quòd non sufferret injuriam, dixitque ei: *Tu similis es edificio, quod quantum habeat ingressum ornatum, per posticia tamen à latronibus expugnatur;* ibidem n. 88. Decimus, monachus post convicia alapa excessus à philosopho, mox aliam maxillam ei præbuit; tum ille adoravit eum, dicens: *Verè monachus es.* Ibidem l. 5, c. 16, n. 16. Undecimus, Ammonius audivit sibi prædici à S. Antonio: *Tu ad hanc mensuram pervenies, ut nullam tibi fieri arbitreris injuriam, sed ad omnem insensibilis fias ut lapis.* Ibidem l. 7, c. 9.*

VERS. 6. — SI QUIS FUERIT INTER VOS PROPHETA DOMINI, IN VISIONE APPAREDO EI, VEL PER SOMNIUM. In visione, id est, in imaginariâ, vel intellectuali representatione et raptu. Tacite hic inuit Deus Mariam et Aaronem fuisse Prophetas, eosque nonnullas à Deo visiones et revelationes accepisse, sed non

tot, nec tales, quales in dies accipiebat Moses.

Nota. Eugubius quinque hæc distinguit prophetia species. Prima est, quæ fit *benare*, id est, *in visione*; secunda per somnium; tertia in enigmate, cum aliud videtur, aliud inuitur, uti erat cum Jeremias c. 4, vidit ollam accensam: cum librum comederet Ezechiel. cap. 2, 8; et S. Joannes Apoc. 10, v. 10. Quarta per figuras, cum rerum imagines intuemur, cum acies, cum choros, cum pompas, cum præclarissima quedam conspicimus: hæc quatuor fiunt per abstractionem à sensibus, quâ fit ut neque audiamus, neque tangamus, sed tota mens in visiones has abripiatur. Quinta est, cum sensu et statu corporis immutato, allocutio divina fit homini; quo modo Deus angelos alloquitur, et allocutus est Moysen et paucos alios.

In hoc ergo sui temporis Prophetas dicitur hæc superasse Moses, quòd palam et ore ad os, præsens cum presente passim et familiariter cum Deo colloqueretur, et, ut ex hoc loco videtur, corporeâ specie etiam Deum (id est, angelum, Deum representantem) videret, maximè postquam vidit ejus gloriam in Sina Exodi 34, v. 6; cæteris verò Prophetis Deus rarius loquebatur, et non familiariter, neque per se, sed per alias species et figuras, quas Prophetis objiciebat.

Judei in suæ fidei symbolo, quòd edidit Generardus in fine chronologie ult. edit. asserunt Moysen præcellisse aliis Prophetis in hisce quatuor: primo, quòd Deus Mosi per se, aliis verò per angelum loquebatur; secundo, quòd aliis noctu, Moses interdum loquebatur; tertio, quòd omnes alii audientes angelum horrore et tremore concutebantur, ita ut penè examinerentur, uti contigit Daniël cap. 10, 8: Moses nil tale patiebatur. Quarto, quòd Moses prophetabat quandoemque volebat, cæteri nominis eo tempore quo affabantur Spiritu Dei: unde sæpè multos menses et annos cessabant, quia à Spiritu non docebantur. Verùm hæc partim falsa, partim fallida et judaica sunt: quedam tamen vera iis de more permixta sunt. Ex dictis patet nullum ex hoc loco argumentum posse colligi pro eorum sententiâ qui volunt Moysen hæc vidisse divinum essentiam. Nam nihil novi hic de Mose dicitur, nec nulla nova ejus visio hic profertur, sed usitatum ejus cum Deo colloquium (quòd Exodi 34, 6, et alibi sæpè descriptum est) iteratò hic commemoratur; vide dicta Exodi 35 et 54.

VERS. 7. — QUI IN OMNI DOMO MEA FIDELISSIMUS EST, q. d.: In tota Ecclesiâ meâ, id est, in toto cætu Israel, nullus est Mose fidelior; hebr. est, *fidelis ipso, ubi ipse, emphasis habet, quasi dicat: Fidelis ipse est antonomasticè et per excellentiam.*

VERS. 8. — ET (PER) FIGURAS DOMINIUM VIDET. Hæc in Hebræo fecerunt recentiores accentu distinguente à præcedentibus, vertuntque: *Et similitudinem Domini videt, q. d.: Moses videt speciem Dei corpoream, in quâ Deus se illi videndum exhibet.* Ita et Chald. et Septuaginta, qui vertunt *et gloriam Domini vidit*, videlicet Exodi 34, 6. Verùm Hebræa non habent præteritum, sed futurum, quòd hic, uti aliàs sæpè, pro presenti capitur. Omnium versionum, licet verbis discrepantium, sensus eodem redit.

VERS. 10. — Nubes quoque recessit, non procedendo et praecedendo; sic enim signum fuisset movenda esse castra: sed ascendendo supra tabernaculum, sic enim signum erat Dei irati, et abeantis à Marià et Aaron.

ET HOC MARIA APERTUI CADENS LEPROA QUASI NIX. Vide hic lepram esse penam rebellionum et murmurum contra prelatos, ut dixi Levitici 15, initio. Porrò congrua haec est murmuris pena; nam murmur instur leprae proserpit, et inficit totum corpus, puta totam congregationem et castrum. Unde sicut leprosi, Levit. 15, jubentur à castris ejici, et seorsim extra castra habitare, ita ejicitur hic à castris murmuratrix Maria, ne illa suo murmure sanàque lepra inficiat. Audi S. Ephrem agentem de morbo lingue: *Ex terrimà, inquit, Mariae prophetissae lepra docemur, quàm grave ac detestabile vitium sit obrectatio. Corpus, quòd lepra infectum cerebatur, velut speculum quoddam fuit animae, quae non perspiciebatur, cujus indicibatur maculam. Ex illà carnis corruptione patefactum est, quomòdò hominis detractoris corrumpatur animus; nam sicut illa defecerat à fratre suo, ita et ab ipsà proprium corpus defecit, ut ex aemulipà charitatem addiceret. Vide Orig. hic hom. 7, item S. Chrysost. hom. in Ps. 100, ubi inter cætera ait: Grave malum est detractio, turbulenta daemon, nec unquam peccatum hominem reddens. Ex eò odia pullulant, jurgia constanter, dissidia ortum trahunt, suspiciones male procedunt: sine ullà causà hostem reddit, qui paulo ante amicus erat; universa donos subvertit, et pacatas urbes ad bellum excitat; pulchrae pacis vincula dissolvit, magnae charitatis nodum infringit. Qui detractio studet, diabolo servit, utpote qui calumniæ opera exequatur. Quare detractor tanquam mendax et fur est propellendus.*

S. Hieron. ad Rusticum: *Nulli, ait, unquam omninò detrahas, nec aliorum vituperatione laudabilem te videri velis: magisque vitam tuam ordinare discas, quàm alienam carpere.* S. Augustinus, teste Possidonio in ejus Vitâ c. 22 contra pestilentiam humanæ consuetudinis hoc distinctio sine mensura adscripsit:

Quisquis amat dicis absentium rodere vitam,

Hanc mensam vitæ non averit esse sibi.

Unde et coepiscopos quosdam sibi familiarissimos, illius scripturæ oblitus, et contra eam loquentes, tam asperè aliquando reprehendit, ut diceret aus delendos illos versus de mensâ, aut se de mediâ refectioe ad suum cubitulum surrecturum: quod ego et alii qui mensæ illi interfuerunt, experti sumus. Ita Possidon. Vide adversus detractores eundem S. Aug. Ep. 157, et in Psal. 54 et 92.

S. Joannes Eleemosynarius Patriarcha Alexandrinus, etiam publicè peccantes taxari vetabat: *Nam fieri, ait, potest ut peccatum ponitendo deleverint. Iniquum est autem id ab homine petulantè exprorari, quod à Deo elementè est condonatum.*

Verè Sapiens linguam maledicam comparat serpenti: *Sinordecit, inquit, serpens in silentio, nihil minus habet, qui occultè detrahit, Eccl. 10. Detractor, et libens auditor, uterque diabolum portat in lingua, inquit S. Bern. in Serm. Hoc est officium demonis, qui inde vocatur*

diabolum, id est, calumniator. Idem: *Lingua detractoris, inquit, est vipersa ferocissima, est lancea, qua tres penetrat ictu uno. Occidit enim animam primò, dicens; secundo, audientis; tertio, famam ejus cui detraxit. Audi cum serm. de triplici custodia manûs, linguae et cordis. Numquid, inquit, non vipera est lingua ista? Ferocissima plerùm, nimirum quo tam lethaliter tres inciat flatu uno. Numquid non lancea est ista lingua? Profectò et acutissima, qua tres penetrat ictu uno. Lingua, inquit, eorum gladius acutus. Cladius quidem anceps, imò triiceps est lingua detractoris: imò deterior, ait, mucrone, quo Dominicum latus confossum est. Levis, quidem res sermo, quia leviter volat, sed graviter vulnerat; leviter transit, sed graviter urit, leviter penetrat animum, sed non leviter exit.*

Audi et gentiles. Cicero in Offic. *Detrahere, inquit, alteri, et hominis incommodum suum commodum augere, magis est contra naturam, quàm mors, quàm dolor, quàm cætera quae possunt corpori accidere, aut rebus externis. Nam tollunt convictum hominum et societatem.*

Horatus in Serm.

Absentem qui rodit amicum,

Fingere qui non visa potest, commissa tacere

Qui nequit: hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.

VERS. 11. — NE IMPOSAS NOBIS HOC PECCATUM. Ne nobis imputes peccatum quod commisimus, ne nobis offendaris, neve punias, vel puniri nos à Deo permittas aut consentias, sed parce, et miserere et ignosce, atque ora ut Marià à lepra curetur, utque lepra ejus me, utpote murmuris ejus participem, non invadat et corripiat.

VERS. 12. — NE FIAT HEC QUASI MORTUA. Tum quia lepra serpens, et excedens Mariam, eam sensim mortuae, vel abortivo mutilo et deformi similem efficit; tum quia lepra erat quasi mors quaedam civilis: separabat enim hominem ab habitatione et convictu hominum.

VERS. 14. — SI PATER EJUS SPUISSET IN FACIEM EJUS, etc., q. d.: Si pater Mariæ sororis tuae iratus spuisset in faciem ejus, illa prae rubore et reverentiâ patris, non auderet accedere ad patrem ante septem dies; quantò magis decet illam ipsam jam, cum ob peccatum à me lepra notata sit, confundi, et castris arceri, neque ad me in tabernaculum accedere ante septem dies?

SEPARATUR SEPTEM DIEBUS EXTRA CASTRA, ET POSTEA REVOCABITUR. Itaque reipsa per septem dies Marià, curata est ac revocata. Ubi nota, in ejus revocatione non fuisse observatas caeremonias, et expiationes leprosis prescriptas Levit. 14. Nam ipsa Dei miraculosa sanatio et revocatio Mariæ, erat sufficiens ejusdem leprostratio et expiatio, ut aliâ legali non indigeret. Ita Abulensis. Vide hic justam arrogantiae penam. Erecebat se superbi Marià supra fratrem suum Mosen, dum castrorum, cumque desuperaret: ergo justè hic humiliatur, et quasi infamis et indigna non tantum conspectu fratris, sed et populi, à castris separatur. Simile exemplum, et multo magis admirabile referi

Raderus noster ex Patricio Græcorum tractat de Simpliciter. cap. 5 de Stylià Edesseno, qui quòd fratrem suum germanum aurum sperientem simplicem judicasset et contempsisset; eò quòd ipse idem aurum pruderet, ut sibi videbatur, in viros religiosos et pauperes ergoasset ab angelo redargutus, ac à fratre suo germano in omnem vitam separatus, jussusque 49 an-

CAPUT XIII.

1. Profectusque est populus de Haseeroth, fixis tentoriis in deserto Pharan,

2. Ibi que locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 3. Mitte viros qui considerent terram Chanaan quum daturus sum filiis Israel, singulos de singulis tribubus, ex principibus.

4. Fecit Moyses quod Dominus imperaverat, de deserto Pharan mittens principes viros, quorum ista sunt nomina:

5. De tribu Ruben, Saramua, filium Zechur.

6. De tribu Simeon, Saphat, filium Hur.

7. De tribu Juda, Caleb filium Jephone.

8. De tribu Issachar, Igal, filium Joseph.

9. De tribu Ephraim, Osce, filium Num.

10. De tribu Benjamin, Phalti, filium Raphu.

11. De tribu Zabulon, Geddiel, filium Sodi.

12. De tribu Joseph, sceptri Manasse, Gaddi, filium Susi.

13. De tribu Dan, Ammiel, filium Gemalli.

14. De tribu Aser, Sthur, filium Michael.

15. De tribu Nephthali, Nahabi, filium Vapsi.

16. De tribu Gad, Guel, filium Machi.

17. Hæc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad considerandam terram: vocavitque Osce, filium Num, Josue.

18. Misit ergo eos Moyses ad considerandam terram Chanaan, et dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam. Cùmque veneritis ad montes,

19. Considerate terram, qualis sit; et populum qui habitat eis, utrum fortis sit, an infirmus; si pauci numero, an plures;

20. Ipsa terra, bona, an mala; urbes quales, muratae, an absque muris;

21. Humus, pinguis, an sterilis, nemorosa, an absque arboribus. Confortamini, et afferite nobis de fructibus terre. Erat autem tempus quando jam precoque uva vesci possunt.

22. Cùmque ascendissent, exploraverunt terram à deserto Sir, usque Roboh intrantibus Emath.

23. Ascenderuntque ad meridiem, et venerunt in Hebron, ubi erant Achiman, et Sisai, et Tholmai, filii Enac; nam Hebron septem annis ante Tanim, urbem Ægypti, condita est.

24. Pergentes usque ad torrentem Botri, absciderunt palmitem cum uvâ suâ, quem portaverunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis et de ficis loci illius tulerunt:

25. Qui appellatus est Noheliscool, id est, torrentis Botri, eò quòd botrum portasset inde filii Israel.

26. Reversique exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circuiti,

nos stare in columnâ; post tam longam et duram pontentiam, tandem veniunt meriti am quinqueagesimo, sive jubilo: tunc enim apparetis ei angelus, peccatum ei remissum, cumque Dei gratiæ resitutum nuntiavit, atque insuper mirâ consolatione et novâ Dei benedictione cumulavit.

CHAPITRE XIII.

1. Après cela, le peuple partit de Haseeroth, et alla dresser ses tentes à Kethma, dans le désert de Pharan, qui était proche de la terre de Chanaan.

2. Les Israélites ne voulant pas y entrer sans connaître le pays, le Seigneur parla à Moïse en ce lieu-là et lui dit: Puisque ce peuple ne se fie pas à ma parole, et qu'il veut connaître par lui-même la terre que je lui ai promise,

3. Envoyez des hommes pour considérer le pays de Chanaan, que je dois donner aux enfants d'Israël; choisissez-les d'entre les principaux de chaque tribu.

4. Moïse fit ce que le Seigneur lui avait commandé, et il envoya du désert de Pharan des hommes d'entre les principaux princes de chaque tribu, dont voici les noms:

5. De la tribu de Ruben, Saramua, fils de Zechur.

6. De la tribu de Siméon, Saphat, fils d'Hur.

7. De la tribu de Juda, Caleb, fils de Jephoné.

8. De la tribu d'Issachar, Igal, fils de Joseph.

9. De la tribu d'Ephraïm, Osée, fils de Num.

10. De la tribu de Benjamin, Phalti, fils de Raphu.

11. De la tribu de Zabulon, Geddiel, fils de Sodi.

12. De la tribu de Joseph, sceptri de Manassé, Gaddi, fils de Susi.

13. De la tribu de Dan, Ammiel, fils de Gemalli.

14. De la tribu d'Aser, Sthur, fils de Michael.

15. De la tribu de Nephthali, Nahabi, fils de Vapsi.

16. De la tribu de Gad, Guel, fils de Machi.

17. Ce sont là les noms des hommes que Moïse envoya considérer la terre; et il donna à Osée, fils de Num, le nom de Josué.

18. Moïse les envoya donc pour considérer le pays de Chanaan, et il leur dit: Montez du côté du midi; et lorsque vous serez arrivés aux montagnes qui sont au midi de la terre de Chanaan,

19. Considérez quelle est cette terre et quel est le peuple qui l'habite; s'il est fort ou faible, s'il y a peu ou beaucoup d'habitants:

20. Considérez aussi quelle est la terre; si elle est bonne ou mauvaise; quelles sont les villes; si elles ont des murs, ou si elles n'en ont point;

21. Si le terrain est gras ou stérile; s'il est planté de bois, ou s'il est sans arbres. Soyez fermes et résolus, et apportez-nous des fruits de la terre. Or c'était alors le temps auquel on pouvait manger les premiers raisins.

22. Ces hommes étant donc allés jusqu'à Roboh, à l'entrée d'Emath, qui est au septentrion de la terre de Chanaan.

23. Ils montèrent ensuite vers le midi et virent à Hébron, où étaient établis depuis longtemps Achiman, Sisai et Tholmai, fils d'Enac; car Hébron a été bâtie sept ans avant Tanis, ville d'Égypte.

24. Et étant allés jusqu'au torrent de la grappe de raisin, ils coupèrent une branche de vigne avec sa grappe, que deux hommes portèrent sur un levier. Ils prirent aussi des grenades et des figues de ce pays-là.

25. Qui fut appelé depuis Noheliscool, c'est-à-dire, le torrent de la grappe, parce que les enfants d'Israël emportèrent de la cette grappe de raisin qui était d'une extrême grosseur.

26. Ceux qui avaient été considérer le pays, revinrent quarante jours après, en ayant fait le tour.